PRESENTED

TO

THE UNIVERSITY OF TORONTO

BY

THE UNIVERSITY OF STRASSBURG,

GERMANY.

JANUARY 10TH, 1891

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

**FRIDERICI RITSCHELII.**

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

**TOMVS I.**

PROLEGOMENA TRINVMMVM MILITEM GLORIOSVM BACCHIDES COMPLECTENS.

**BONNAE**

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

LL
P7217bR

T. MACCI PLAVTI

# BACCHIDES.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

SEMINARIUM PHILOLOGICUM ARGENTORAT.
DUBLETTE

BONNAE
H. B. KOENIG
SVMPTVS FECIT
A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE
VENVMDANT.

42396

11981

11981
12/1/91

INSTITUTO DI CORRISP. ARCHEOLOGICA

**B**acchidum tres tantum supersunt Ambrosianae membranae, fabulae partes has tenentes:

A. a
B. b
C. c
D. d
E. e
F. f
239. 240 = 476 — 494 et 495 — 513
249. 250 = 514 — 530 et 531 — . . .
. . . . . . . .
251. 252 = . . . — 943 et 944 — 961

XVI

Harum tamen ea condicio est ut pristinae scripturae nihil servatum sit in paginis 239. 250 (cuius tamen in extremo margine licuit evanidum quaternionis numerum resuscitare) et 251, propemodum nihil in inferiore parte paginae 252.

Codicibus Trinummo Militique glorioso adhibitis accesserunt in hac fabula Florentini, numero praeter **P** sex, saeculi XV. omnes: quos infra descripsi.

**O** Laurentianus est, inter Gaddianos plut. LXXXXI. 12: summa fide transcriptus, ut Proleg. Trin. p. XLV. sq. dixi, ex ipso Vaticano **D**. Complectitur igitur in CCCIV. formae maximae membranis longe pulcherrimis, quarum singulae paginae versuum XXVI. sunt, eximio nitore scriptas fabulas XVI: ab Amphitruone ad Captivorum verba (III, 2, 4) *laſſum reddiderunt,* post dimidiae autem paginae (f. 676) intervallum a Bacchidibus ad exitum Truculenti: vacuas praeterea habens unam et dimidiam paginam f. 57 post

Aulularium, partem paginae f. 19*a* post Amphitruonis IV, 2. Paginae tertiae imus margo nomina ostendit 'Guido Nobilius': primae autem membranae pagina altera post epigramma Plautinum et XVI. quae insunt comoediarum indicem haec verba: 'Ex libris fratrum ordinis D. Francisci Montis Politiani, iussu Caesaris loco depositi in sacrarium Mediceae Bibliothecae inlatis curante Ang. Mar. Bandinio S. C. M. Biblioth. Mense Aug. CIƆ.IƆ.CC.LVIII.'

**Q** Laurentianus pl. XXXVI. 36, in CCCCXXI. membranis formae maximae, versuum XXIV, Plautinas fabulas omnes (ut quattuor Laurentiani reliqui) complectens, 'F. Phedrum' saeculo XVI. possessorem testans, vacuas paginas post Amphitruonis IV, 2 quattuor et dimidiam habens, post Aulalariam unam et dimidiam, inter Epidicum et Bacchides tres et dimidias duas, duas initio Pseuduli. Discrepantis scripturae notationes non paucas margines tenent, ascriptis plerumque his verbis *in alio codice* vel *in antiquo codice:* unde apparet duos librarium codices usurpasse, quorum alter interpolatam Plauti recensionem exhiberet, alter ab his interpolationibus paullo liberior propius accederet ad Vaticani **D** integritatem. Memorabilius est quod eidem margines multitudine annotationum explicationumque oppleti sunt magna ex parte et uberrimarum et doctissimarum: in quibus tamen vix quicquam*) repperi, quod non ex eis qui

*) Eiusmodi illud esse videtur quod huius ipsius fabulae versui 69 ascriptum est: *Cestrum erat tele genus bello persico inuentum. Celsus libros suos a uarietate rerum cestos uocauit.* Vnde Iacobi Bernaysii nostri thema profectum est Heracliteorum particulae I, quae Bonnae a. CIƆIƆCCCXLVIII. prodiit, subiectum: 'Cornelii Celsi encyclopaedia non inscripta erat *de artibus,* sed *Cestus.*'

hodie superstites sunt antiquitatis fontibus haustum sit, Nonio potissimum, Charisio, Prisciano, Varrone, Plinio aliisque scriptoribus plurimis. Cuius doctrinae exempla proposui in prooemio ind. schol. aest. Bonn a. CIↃIↃCCCXLVI, quo, quicquid scholiorum interpretationumque Plautinarum in libris mss. hodie superstes est, brevi narratione comprehendi.

**S** Laurentianus pl. XXXVI. 37, in pulcherrimis formae maximae membranis CCXCV, versuum XXXIV, pulcherrime scriptus. Cuius simillimus est

**U** Laurentianus pl. XXXVII. 38, pari et membranarum, quae numero CCLXXV sunt, versuum XXXVII, et scripturae cum forma tum elegantia. Fuit is liber 'Francisci Sassetti.' Vltimam membranam 'de vita comoediisque Plauti excerpta quaedam ex auctoribus gravissimis' occupant h. e. Gelliana Noct. Att. I, 24. XV, 24 cum similibus.

**V** Laurentianus pl. XXXVI. 39, modo descriptis codicibus vir inferior pulchritudine, membranarum CCLXIV. formae maximae, versuum XXXVI, cum hac subscriptione: 'liber Petri De Medicis. Cos. Fil.' Quae ei subscriptio communis est cum

**W** Laurentiano pl. XXXVI. 41, item nitidissimo, membranarum eiusdem formae CCXXXVIII, versuum XXXIX: addito in fine epigrammate Plautino. Est is ille codex quem de bibl. Alexandr. p. 115 dixi singulari artificio versuum omnium ambitum exaequare.

Horum sex librorum, eorumque quos prioribus fabulis adhibui numero sedecim, discrepantem scripturam omnem per primam scenam Bacchidum hoc consilio composui, ut denuo intelligeretur quam nihil auxilii ad emendandum poe-

tam noviciorum multitudo codicum afferret. In quorum pessimis facile nunc apparebit plerosque Mediceos esse. Quorum collatione vix quicquam proficitur nisi primum hoc, quod ad codicum **SU** similitudinem proxime accessisse eum librum perspicimus e quo princeps exemplum Merulae ductum est: alterum, quod Brixiani exempli editorem Pyladem cognovimus multas mutationes suas, etiam ubi '*codices antiquos*' non antestetur, tamen non debere coniecturae, sed interpolatis libris mss. acceptas referre.

Veteri codice aliquo etiam Scaliger usus est, in cuius annotatiunculis Leidensi exemplo, de quo Proleg. p. LIV. dixi*), ascriptis haud raro *V. C.* litterae redeunt. Quas notas cum olim putassem ad veterem codicem Camerarii (**B**) spectare, quocum exprompta a Scaligero scriptura saepe convenit: (nam ubi minus conveniebat, in caussa esse valde obscuram lectuque difficilem manum suspicabar:) tamen postea intellexi a **B** diversum librum illi in promptu fuisse, mixtam e bono et interpolato genere recensionem tenentem, sed quaedam etiam singularia habentem, ut v. 1094.

*) Hoc exemplum, Antverpiense Ioannis Sambuci, in Parerg. I, p. 575 narravi haec in fronte scripta ostendere: 'Omnia quae in libro isto annotata sunt, Scaligeri e libris descripsit Commelinus, aut Gruterus.' Praeterea autem in praemissa libri indici scheda haec leguntur: 'Quae Hieronymus Commelinus heic annotauit ad oram, sumpsit e Scaligeri Plauto. At alium deinde Plautum habuit idem Scaliger ubi pleraque erant quae adscripserat priori libro. quaedam tamen ibi minime comparebant. multo tamen plura ultimus ille complectebatur quae heic ego Gruterus ascripsi (1620) eum nactus a Rutgersio Regiae Sueciae magistratus legato ad regem Bohemmiae ūrus. Interim NB multa ita evanuerant ob litterarum exilitatem et atramenti colorem evanidum ut coniecerim potius nonnulla quam descripserim.'

Eique libro dubitari nequit quin etiam non commemorato nonnullas Scaliger correcturas in schedis illis Parisinis (n. 8185) consignatas debeat, velut *obſequendo* v. 1082, *tumultuanti nomine* v. 1120: qualia quidem, si nulli posse usui esse viderentur, silentio praetermittenda duxi.

Praeterea de **B** restat ut annotetur, creberrimas quae in illo sunt, et multo quidem crebriores in Bacchidibus quam vel in Trinummo vel in Milite, et rasuras et radendo ortas lacunas non ad corrigendae scripturae consilium spectare omnes, sed magna ex parte ad tollendam membranae scabritiem factas esse. Quanquam singulis in locis utram rasura caussam habuerit, valde ambiguum esse iudicium solet. — Ceterum fontis e quo **B** fluxit antiquitatem etiam *k* litterae pro *h* positae in priore potissimum fabulae parte frequentia prodit: nam non alia forma nisi hac K Ambrosianum uti suo loco nuper annotavi.

Ipsius autem **B** codicis scripturaeque in eo reapse exstantis ignoratio una est earum caussarum, quibus, ut vel Godofredi Hermanni ingeniosa opera in perpoliendis Bacchidibus posita relinqueret quod emendari posse videretur, effectum est. Alia caussa e prosodiaci generis ambiguitate repetenda est. In quo cum ille mirifico quo pollebat, sed eidem aliquoties fastidiosiori aurium iudicio obtemperaret, etsi nunquam non elegantissimos numeros effinxit: tamen ego, cum non possem non eas rationes sequi, ad quas prosodiacam disciplinam omnem in Prolegomenis Trinummi ipse revocassem, saepe aut servavi quae posse defendi intelligerem aut aliter atque Hermanni acumine factum viderem vitia scripturae corrigenda putavi. Qui si

forte, ut fit, etiam alia quaedam sive in verbis sive in sententiis corrupta aut obscurata vel indagarim felicius vel probabilius sanarim, tamen non nescio quam hoc sit modicum prae tot egregiis inventis*) tamque praeclaro exemplo, quibus plus quam cuiusquam curis et Bacchidum emendatio et mea emendandi opera debeat. Quae virtus in nulla parte luculentius quam in canticis canticorumque similibus scenis metrorum varietate insignibus enituit. Quorum quam sit anceps et lubrica tractatio, evidentissime semet ipsum corrigentis exempla docent quae in libro de metris, in Elementis doctrinae metricae, in ipsa denique nupera editione huius fabulae sibi successerunt. Quid igitur mirum, si certo eoque novo praesidio tuti aliquoties vel progredi ultra postremum exemplum Hermannianum ausi sumus non sine spe indagati veri? Id autem praesidium cum in Prolegomenis Trinummi p. CCC. ostendi tum ad Bacchidum v. 612. 643. 989. 1100. 1166. 1190 explicavi e versuum in 𝔅 distributione peti, quippe quae plerumque aut antiquitatis memoriam servet aut turbatae pristinae concinnitatis manifestas caussas habeat. Sed tamen cum vel sic multa aut intacta relinquenda essent quae nec Plautina nec ullo modo

---

*) Qualium etiam in Trinummo multitudo iam mihi ipse suscenseo quod ex annotatione mea non tam elucet quam id ut fieret debitus Hermanno honos exigebat. Nam in id unum intentus, ut quae ad ipsam rem facerent quanta possem brevitate complecterer, identidem nimis chartarum parcus solius Ambrosiani testimonium eis scripturis apposui quas pridem Hermanni sagacitas occupasset. Non par, sed similis ratio quarundam Guyeti emendationum est: quibus praeter huius mentionem etiam Hermanni nomen ascribere iccirco debebam quod, nisi fallit coniectura, Guyeti operam Plautinam aut non viderat Hermannus aut Trinummo emendandae non adhibuit.

vel sana vel tolerabilia esse certissime constaret, aut liberioris coniecturae ope ea substituenda quae nec indigna Plauto et a librorum fide non nimis aliena viderentur: nos quidem et membranarum illuvie sese ingurgitantium vitioso appetitui et lautiorem artis munditiem concupiscentium honestis desideriis simul hoc artificio consuluimus, ut liberaliter instaurati poetae exemplo subiiceremus in annotatione non singula librariorum peccata, sed integrae scenae continuitatem e Vetere codice expressam: idque consilium in posterum tenebimus.

Quod autem de canticorum probabiliter describendorum mira saepe ambiguitate dixi, id insigni documento nunc ipse experior, cum eos versus relego quibus actus IV. scena e vulgari numerandi ratione decima constat. Quam cum alternis octonariis septenariisque Hermannus olim a se dispositam nuper maluisset solis octonariis decurrere secundum meam sententiam, hoc ego mihi confirmari passus in editione iam vereor ne rectius recusatum a me detecti veri honorem pristino Hermanni sensui retribuam. Nisi quod haud paullo maiorem, quam in qua ille acquieverat in Elementis, concinnitatem consequi sic licet:

*Quam mágis in pectore mĕo foueo, quas méus filius turbás turbet,*
*Quam se ád uitam et quos ád mores praecipitem inscitus capéssat:*
*Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.*
*Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, set more modésto.*

*Duxi, hábui scortum, pótaui, - edi, donaui: at enim id raro.*
*Neque plácitant mores, quis uideo gnatis uolgo esse paréntis.*
*Ego dáre ludum gnato institui, - animo óbsequium ut sumére possit:*
*Aequom ésse puto: set nimis nolo desídiae. nunc Mnesílochum,*
*Quod mándaui, uiso, écquid eum mi ad frúgem opera sua cómpulerit:*
*Sicút eum scio, si cónuenit, fecísse: eo ingenio nátust.*

Absolveram autem Bacchidum emendationem, cum observationes quasdam suas partim ad hanc fabulam partim ad Militem gloriosum spectantes Alfredus Fleckeisenus ad me tramisit amicissime: quas ut ne celem lectores, et ipsi et Plauto debere videor. Igitur Bacch. v. 41 *consilio* pro *concilio* scribendum esse ille quoque vidit. — Versus 51 dubitanter hanc scripturam proposuit:

*Dúae unum expetitis palúmbem: périi, arundo alás uibrat:*

h. e. 'die leimruthe setzt meine flügel in schwingende bewegung.' Mihi ipsi aliquando in mentem venit eiecto *alas* scribere *périi, arundo uérberat,* id quod postea vidi etiam Guyetum suadere: sed quo diutius, quid omnium esse aptissimum videretur, cogitavi recogitavique, eo denique certius ad illud quod posui *prope* redii. — V. 121: *An nón putas? est ínquam. o Lyde, es bárbarus.* — V. 130 *in mentemst* pro *in mentest:* quod in annotatione commendavimus. — V. 249: *Dum mé circumspecto, átque ego lembum cónspicor:* pariter atque a nobis factum, nisi quod *me*

aliter collocavimus. — V. 415 *Quid negotist,* ut nos in annotatione. — V. 554: *Nám ni ita esset, técum orarem ut quód potesses ĕi mali.* Sine ulla mutatione nos cum hiatu in caesura *orárem út ei quód possés mali:* quanquam licebat etiam *orárem ut éi quód possés mali.* — V. 740 *aúrum ut abs te id aúferat:* nescio an vere. — V. 799 *illic* et v. 815 *eopse* Fleckeisenus ut nos. — Versum 994 sic constituit non improbabiliter:

*Hóc age nunc ïam. úbi lubet, recitá sis, tibi dico aúrium operam.*

Denique versus 1049 duo proposuit exempla haec:

*Quid istíc? ego, quod perdúndumst, properem pérdere:*

*Quid istic? quod est perdúndum, properem pérdere:*

provocans ad Trin. 573: Rud. v, 2, 44: Poen. v, 4, 58: Donatum et Bentleium in Adelph. III, 2, 52: verum ut praestare tamen quod ipse posui existimem.

Ad Militem autem gloriosum haec spectant Fleckeiseni emendationes quas infra scripsi. V. 700 sq.:

*Di tibi hercle súnt propitii: nám si istam amissís semel*

*Libertatem, haut fácile eundem rúsum restitués locum.*

V. 985: *st, tace, aperitur foris:* occupatum a Bothio. — V. 1201:

*'A Philocomasio.* PA. *'Intus quid te fŭisse dicam tám diu?*

V. 1242:

*Prohibéndam mortem uideo mulieri ésse. adibon?* PA. *Mínume.*

Versum 1250 prorsus ut nos correxit. Tantum est. — Superest ut versuum numeris Gronovianis, quos soleo in summo margine notare, in hac fabula accessisse Hermannianos moneam, ut quibus saepe usus essem in Prolegomenis.

Scr. Bonnae m. Quinctili a. CIↃ.IↃ.CCC.XXXX.VIIII.

T · MACCI · PLAVTI

# B A C C H I D E S.

GRAECA MENANDRV *ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.*

# PERSONAE.

PISTOCLERVS ADVLESCENS
BACCHIDES SORORES MERETRICES
CLEOMACHVS MILES
SERVOS
LYDVS SERVOS
CHRYSALVS SERVOS
NICOBVLVS SENEX
MNESILOCHVS ADVLESCENS
PHILOXENVS SENEX
PARASITVS
PVER
ARTAMO LORARIVS
CATERVA.

# ACTVS I.

## PISTOCLERVS.

* * *

Quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine uernílitate

* * *

Víncla, uirgaé, molae: saéuitudó mala
Fit péior . . . . . . .

* * *

Quaé sodalem átque me exércitos habet.

* * *

## BACCHIS I. PISTOCLERVS.

BACCHIS.

Vlíxem audiui fŭisse aerumnosíssumum,
Qui uíginti annis érrans a patria ábfuit.

---

*Deperditum in libris principium fabulae (v. 1—34) e grammaticorum testimoniis, quantum fieri potuit, instauravi Musei nostri philol. t. IV, p. 354 sqq. et 567 sqq.* 1. *integrum servavit Nonius p. 342* ignes *exhibens pro* ingenium, *ex parte* (ingenium . . . modicum est) *Charisius p. 184 sq.* 2. 3. *Nonius p. 172* 4. *Nonius p. 6 et Charisius p. 204: apud quem cum scriptum sit* exercitis, *fortasse integer tetrametrus restituendus:*

Quaé sodalem átque me exércitos síc habet.

5—8. *Charisius p. 181* uiginti annis *et* Vlixem multo adulescens

Verum híc Vlixem múlto adulescens ántidit:
Qui hic ílico errat íntra muros cíuicos

*　　*　　*

BACCHIS.

. . . . méi cognominís fuit.

*　　*　　*

BACCHIS.

Conuérrite [aedis] scópis, agite strénue
. . . . . . ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum impuríssumum.

*　　*　　*

CLEOMACHVS. BACCHIS II. SERVOS.

---

*　　*　　*

CLEOMACHVS.

. . . . . . . .
Sin lénocinium fórte collubitúmst tibi,
Videás mercedis quíd tibist pactúm dari,
Ne istác me aetate séctarere grátiis.
. . . . . . . . .
Ne a quóquam acciperes álio mercedem ánnuam

---

autidit *Bothius.* aunis uiginti *et* adulescens multo Vlixem anteit *Char.* Qui hic *R.* qui *Char.* 9. *Servius in Aen. VI, 383*
10. *Charisius p. 194 sine* aedis 11. 12. *Festus p. 169 M.: quo fraudulenter abusus Fulgentius p. 563 Merc.* ecquis] haec quis *Festus* *Coniunctos Charisii et Festi versus sic licet redintegrare:*

Conuórrite aedis scópis, agite strénue,
Munditias facite, spárgite. ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum impurissumum?

13—15. *Charisius p. 180* tibist pactum *R.* tibi est aecum *Char.* me aetate sectarere *R.* aetate me sectere *Char.* 16. 17. *Nonius p. 334 ex emendatione Merceri* necum quoquam acceperis

Nisi áb se, nec cum quíquam limarés caput.

* * *

. . . . . . . . limacés uiri.

* * *

## PISTOCLERVS. BACCHIS II. SERVOS.

* * *

PISTOCLERVS.

. . . . . . . . . .

Sícut lacte lácti similist: quídquid est nomén sibi.

* * *

SERVOS.

Latrónem, suam qui aúro uitám uenditát.

. . . . . . . . .

Sció spiritum éius maiórem esse múlto,
Quam fólles tauríni halitánt quom liquéscunt
Petraé, ferrum ubí fit.

PISTOCLERVS.

Cuiátis tibi uísust?

---

et ab sese *libri* 18. *Idem p. 333* 19. *concinnavi e duobus hemistichiis, quorum prius servavit Pompeius Comm. Don. p. 233 (etiam in Mai Class. aut. e Vat. cod. t. V, p. 152), sine nomine fabulae etiam Probus p. 1445 P. et Cledonius p. 1904 P.: posterius Servius in Aen. X, 493* similist ℞. simile est *Probus.* simile *Pompeius* sibi] tibi *Ladewigius Philologi II, p. 361*
20. *Servius in Aen. XII, 7:* 'idem in Bacchidibus exsecutus est militem latronem dicens suam qui auro uitam uenditat.' *Fortasse integer tetrametrus fuit:*

Latrónem, suam qui aúro uitám uenditát. PIST. uah

21—24. Scio . . . multo *servarunt in fragmento de pronomine codices Prisciani Mus. phil. I, p. 316 et IV, p. 579 commemorati;* — quam folles taurini habeant *eidem codices et Servius Philargyriusque in Georg. IV, 171;* — cum liquescunt petrae ferrum ubi fit *soli Servius et Philargyrius;* — cuiatis tibi visust *addidi secundum frag-*

Servos.

Praenéstinum opíno esse: ita erát gloriósus.

Pistoclervs.

. . oppidúm . . . . .

Neque id haút subditíua arbitrór gloria ésse.

* * *

BACCHIDES. PISTOCLERVS.

Bacchis I.

. . . . . cór meum, spés mea,

Mél meum, suáuitudó, cibus, gaúdium.

* * *

Sine te amem . . . . . .

* * *

. . . . . 'Arabus . . . . .

* * *

. . . . . . cupidon té confecit ánne amor?

* * *

. . . . fortásse ted amáre suspicárier.

* * *

---

*menti de pronomine verba* 'Plautus hic cuias, huius cuiatis declinavit in Bacchidibus'; — Praenestinum . . . gloriosus *praeter idem fragmentum attulit Nonius p. 474* multo] multa *cod. Vindob. Prisc.* quam] quę *cod. Bamberg. Prisc.* halitaut *Hermannus.* habeaut *codd. Prisc.* habeut *Serv. et Phil.* ubi] ibi *Serv.* opino *Non.* opinor *codd. Prisc.* erat] erit *codd. Vindob. et Bamb., non Halberstadiensis* 25. 26. *Donatus in Andr. I, 2, 34:* 'neque haud subditiua gloria oppidum arbitror' 27. 28. *Nonius p. 173* 29. *Donatus in Eun. IV, 2, 13 cum dubia significatione fabulae* 30. *Charisius p. 98 testimonio mutilo* 31. *Servius in Aen. VI, 194 et Nonius p. 421* te confecit ***R***. te conficit *Serv.* tecum saeuis *Nonius: unde* tecum saeuit *effecere.* te conseuis *Nonii cod. Palat. apud Pareum p. 824 ed. tert.* te configit *Bothius* 32. *Donatus in Hecyr. III, 1, 33 sine nomine fabulae,*

. . . . . argéntum hinc facito . . . .

* * *

Nám tu quidem credo éxcantare cuíuis facile cór potes.

SOROR.

. . . . . . . . . . . .

BACCHIS.

Quíd, si hoc potis est út tu taceas, égo loquar?

SOROR.

Lepidé: licet.

BACCHIS.

'Vbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subueniás, soror.

SOROR.

Pól magis metuo mi ín monendo né defuerit óptio.

---

te *prodens* 33. *Donatus in Phorm. IV, 3, 30 sine nomine fabulae* facito ***R***. facite *Don.* 34. *composui e Nonii p. 102 et Servii in Bucol. VIII, 71 his testimoniis:* 'nam credo cuiuis excantare cor potest' — 'nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes'

*Act. I. Scen. 1. Emendatam a me et personis rectius quam antea distributam proposui Musei philol. IV, p. 361 sqq.* Bacchideſ due. Piſtocleruſ adoleſceuſ ***F***. BACHIDES. Sororeſ. meret$^{r}$. Piſtocleruſ. adol. ***E***. bachideſ ***C***. *om.* ***BDZ*** *Personarum notas usque ad v. 108* ***CDO*** *nullas, nisi ubi memorabuntur, habent, sed earum spatia vicaria in mediis quidem versibus;* A. *et* E. *pro* BACCH., G. *pro* PIST. ***B***: *quode dictum ibid. p. 355 sqq. et Proleg. Trin. p.* XXIX *sq.* Bacchidis *utriusque nulla in reliquis distinctio est: nos, ut* BACCHIS *et* SOROR *nominibus potius quam* BACCHIS I. *et* BACCHIS II. *uteremur, codicis* ***B*** *in ultima fabulae scena exemplum mouit* 35. BA.] E. ***B*** si] ſit ***K*** potiuſ eſt ***Q*** *mg.*, ***SUZ***. poti$^{u}$ſ eſt ***VW***. potiſ eſt ***BCD*** *cum reliquis et Charisio p. 183: item cod. Scaligeri.* potiust *Pylades* ut tu tacraſ *Charisius.* ut taceaſ *libri* eloquar ***Ba***. ego loquar ***Bb*** *cum reliquis* BA.] A. ***B*** lepide licet *iungebatur ante Dousam* 36. BA.] E. ***B*** fugiet ***B***. effugiet ***CDEGHKO***, ***Q*** *mg.*, ***V***. affugiet ***P***. affugiat ***W***. effugerit ***FMNQSUXZ***. fugerit ***L*** 37. BA.] A. ***B*** mihi *libri* mouendo ***N*** ne defuerit optio *Bernaysius coll. Asin. I, 1, 88.* ne defuerit oratio *libri, nisi quod*

BACCHIS.

Pól ego metuo lúsciniolae né defuerit cántio.
Séquere hac.

PISTOCLERVS.

Quid agunt dŭae germanae méretrices cognómines?

BACCHIS.

Míserius nihil ést quam mulier.

PISTOCLERVS.

Quíd esse dicis díguius?
Quíd in consilio cónsuluistis?

BACCHIS.

Béne.

PISTOCLERVS.

Pol haut meretríciumst.

---

defuit **X**, orabo **L**. ne defuat oratio *Pylade duce Camerarius.* oratio ne defuat *Hermannus.* ne defuerit monitio **R** *olim* 38—42 *quattuor versibus conclusos* **B** *habet, qui his vocibus terminantur:* — hac, — conſuluiſtiſ, — mulier, — reperiam 38. BA.] E. **B** ego metuo lusciniolae *deleto glossemate* **R**. quoque metuo luſciniolae **B**. ego quoque metuo luſciniolae **C** *cum reliquis, nisi quod* luſcinole **H**, luſciuole (ni) **M**, luſciniole *(de quo genere discrepantiae in hac scena tacere soleo) plurimi, et proximo* ne *agglutinato* luſcinio lene **DEGO**. lusciniolae quoque metuo *Hermannus* ne defuat cantio *Pylades.* cautio ne defuat *Hermannus* cautio **KS** 39. BA. *praemittunt* **EbF**, PI. **N**, *spatium* **BO** hac] me **C** PI.] G. **B**, *quod posthac non notabo. om.* **NP** meritriceſ **D**. meritceſ (i) **O** 40. 41 *hoc ordine collocavi: contrario libri* BA.] A. **B** dicaſ **S** dignuſ **D**. dignuſ **Z** 41. consilio **R** *ut v. 1154.* concilio *libri.* BA. bene. PI. pol haud *Acidalius.* A. bene pol. G. haud **B** *et sive* BA., PI. *sive vacuis spatiis substitutis reliqui omnes* haut *pro* haud *solus* **C** meretricium **D**. meretricum **FHMNQSUZ** eſt *omnes*

BACCHIS.

Haéc ita me orat, síbi qui caueat áliquem ut hominem réperiam
'Ad istunc militem: út, ubi emeritum síbi sit, se reuehát domum.
'Id, amabo te, huic cáueas.

PISTOCLERVS.

Quid isti cáueam?

BACCHIS.

Vt reuehatúr domum:
'Vbi ei dederit óperas, ne hanc ille hábeat pro ancillá sibi.
Nám si haec habeat aúrum, quod illi rénumeret, faciát lubens.

PISTOCLERVS.

'Vbi nunc is homost?

---

42. Ba.] A. ***B*** Hec ***DFH***. Nec ***O*** ita] iam *Hermannus* qui] que ***Da***. quî *volebat H. Stephanus* qui caueat aliquem ut *om.* ***SUZ*** 43. Ad istunc militem *Hermannus.* Vt iſtoch militem ***BCDEO***. Vt iſtoc militem ***PVW***. Ab iſtohc milite ***H***. Ab iſtoc milite ***FHLMQ***. Iſtoc milite ***KNSUZ***, *codd. Pyladis.* Vt iſtuuc militem ***Q*** *mg.* [e]meritum ***D*** ſit ſibi ***N*** se *Pylades.* ſeu ***BCDEO***. ſe ut *reliqui* reueat ***FHLMX*** 44. huic] ut huic ***S***. ut hic ***FLM*** caeaſ ***X*** isti] ſi ***FM*** caueam. A. ut ***B***. caueam [A]ut ***D***. caueam aut ***COX***. caueam ut ***FM***. caueam. Ba. ut *reliqui cum* ***M*** *mg. Vide Mus. phil. p. 356* reuehatur ***CO***. reue[h]atur ***BDQ***. reuehat ***HKNPSUVWZ***. [h]reueat ***E***. reueat ***L***, ***M*** *mg*. reueam ***FMX***. *Cf. Parerg. I, p. 418* 45. Ba. *praemittit* ***X*** Vbi] Vt, ubi *Hermannus* dederit ***FLMPQSUVWZ***. dediderit ***BCD*** *cum reliquis et* ***Q*** *mg.* peraſ ***X*** ille hanc ***N*** 46. ſi haec ***CDFGHKLMNO***, ***Q*** *mg.* haec ſi ***B***. ſi ille ***PW***. ſi hic *reliqui* quid ***SU*** remuneret ***FKMPV***. remaneret ***SUZ***. remitteret ***W*** lubeſ ***H***. lubēts ***P*** 47. Pi. *om.* ***F***. *habet* ***Dc*** hiſ ***P*** homo ſt ***B***. homo eſt *reliqui* Ba.] A. ***B*** tam ***H*** credo aderit

BACCHIS.

Iam hic credo aderit. sét hoc idem aput nos réctius
Póteris agere: atque íbi sedens, dum is uéniat, opperíbere.
Ĕadem biberis, ĕadem dedero tíbi, ubi biberis, sáuium.

PISTOCLERVS.

Víscus merus uostrást blanditia.

BACCHIS.

Quíd iam?

PISTOCLERVS.

Quia enim intéllego,
Dŭae me unum expetitís palumbem: própe arundo alas uérberat.
Nón ego mihi istuc fácinus, mulier, cónducibile esse árbitror.

---

hic ***B*** ſed] ſ ***D***. ſi ***O*** rectius *om.* ***X*** 48. ibi sedens, dum is ueniat ***R***, *Hermannus.* iſ dum ueniat ſedenſ ibi ***BCDEGO***. iſ dum ueniat hic ***V***. iſ dum ueniat ſedenſ hic *reliqui. Nostrae transpositioni nemo puto hanc praeferet:* opperibere ibi sedens operibere ***BFMNPaVWX*** 49. bibeſ ***QSUZ***, *Charisius p. 187.* bibenſ ***HKLNP***, ***Q*** *mg.*, ***VW***. biberiſ fauium ***O*** eadem tibi dedero fauium *omissis reliquis Charisius* dedere ***N*** ubi] ut ***BK*** bibereſ (i sup.) ***M***. bibenſ *sup. scr.* ***M***. ebiberiſ ***K*** 50. Pi. *om.* ***X*** uoſtraſt ***B***. ūra eſt *vel* ueſtra ē *reliqui* blandicia ***CDF*** Ba.] A. ***B*** quia] qui *Nonius p. 219* intelligo ***HX*** 51. Duae me ***R***. Duae *vel* Due *libri. Cf. Fleckeisenum Exerc. p. 15 sq. 26* expetitiſ uuum ***L*** palumbem] palum ueni ***O***. palumbum *Dousa ms.* prope arundo ***R***. perii harundo ***B***. perii arundo ***CDO***, ***Q*** *mg.* ꝑuarundo ***E***. parua harundo ***K***. parua hirundo ***FLMPVX***. parua irundo ***H***. parua hyrundo ***NQSUZ***. parum arundo *Hermannus. Interpretis esse* perii *proverbium explicantis, expulsum autem* iam, *putabam Proleg. Trin. p.* CCIII.

alla ſ ***H*** 52. mihi istuc fáciuus ***R***. iſtuc facinuſ mihi *libri, nisi quod* iſthuc ***H***, iſtuch ***Da***, fatiuuſ ***B***. mi istuc facinus *Hermannus. Licebat etiam* istuc mihi facinus esse] ee eſſe ***B***

BACCHIS.

Quí, amabo?

PISTOCLERVS.

Quia, Bácchis, Bacchas métuo et bacchanál tuum.

BACCHIS.

Quíd est quod metuis? né tibi lectus málitiam aput me suádeat?

PISTOCLERVS.

Mágis illectum tŭum quam lectum métuo: mala tu's béstia.
Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus.

BACCHIS.

Égomet, aput me sí quid stulte fácere cupias, próhibeam.
Sét ego aput me te ésse ob eam rem, míles quom ueniát, uolo:
Quía, quom tu aderis, huíce mihique haut fáciet quisquam iniúriam.

---

53. A. Quid ***B*** âbo ***O*** bacchiſ bacchaſ ***QSUZ***. bachiſ bachiſ ***PVW***. bachiſ ba(h)caſ ***B***. bachiſ bachaſ *reliqui* bacchanal ***QSUZ***. bachaual *reliqui* 54. A. ***B*** est quod *Gronoviana*. eſt quo(i)d ***Q***. eſt quid *vel* eſt? quid *reliqui* metuuſ ***C*** maliciam ***FM***. malaciam *Lambinus* 55. iulectum ***Q*** *solus*. ijllectum ***N*** tu eſ *libri, nisi quod* eſ tu eſ ***B*** 56. etati ***BDb*** (·etati ***Da***) latobroſuſ ***Ba***. lathebroſuſ ***FM*** 57. BACCH. *Saracenus*. PISTOCLERVS ***CDEaO***. *om*. ***B*** *cum reliquis* si quid *Camerarius*. quidquid ***PVW***. quid *reliqui* cupeaſ ***K***. cupiam ***PVW*** perhibeam ***V***. probibeam ***Qa***. prohibebam ***P*** 58. Sed ***C***, *Saracenus*. A. Sed ***B***. (A)ſed ***D***. a. ſed ***OEa***. BA. ſed *reliqui*. *Cf*. *Mus. phil. p. 356. 359* quom ***FLMPQX***. cum *reliqui* ueñia ***PVW*** 59. Quia] qui ***O*** quom ***FMX***. cum *reliqui* adderiſ ***B*** huice ***R*** *Prol. Trin. p.* CLXX. *sqq*. huic *libri* mihique] mihi ***N*** haud] aut *vitium Gruterianae et Gronovianae* quiſquam hand faciet ***H*** iniuria ***SUZ***

Tú prohibebis, ét eadem opera tŭo sodali operám dabis,
Ét ille aduenieus tŭam med esse amícam suspicábitur.
Quíd, amabo, opticuísti?

P i s t o c l e r v s.

Quia istaec lépida sunt memorátui:
Éadem in usu, atque úbi periclum fácias, aculeáta sunt,
'Animum fodicant, bóna distimulant, fácta et famam saúciant.

S o r o r.

Quíd ab hac metuis?

P i s t o c l e r v s.

Quíd ego metuam, rógitas? adulescéns homo
Pénetrare huiusmodi ín palaestram, ubi dámnis desudáscitur,

---

60. tum ***K*** tuae (l. o) ***M***. tue ***X*** 61—64 *ita descriptos* ***B*** *habet, ut vocibus terminentur* opticuiſti, — aculeata ſunt, — amici page, — malaciſanduſ eſ 61. tuam medeſſe ***C***, ***Q*** *mg., cod. Scaligeri.* tuam medeſſe & ***Da***. tuam m&ee ***O***. tuam me(e)deſſe ***Dc***. tuam me eſſe ***B*** *cum reliquis.* me tuam esse *Hermannus* 62. opticuiſti ***BCDGO***. obticuiſti *reliqui.* obſtipuiſti '*nonnulli libri*' *Lambini* Pistocl. ***CDO*** iſtec ***BCDEFKN***. iſthec ***HP*** laepida ***CDO***. lepide (a) ***M*** memoratui ***BDFGKMaOQb***. memoratua ***C***. memoratu• *c. ras.* ***E***. moratui ***X***. memoratu *reliqui* *Inter* 62 *et* 63 *unus versus scriptura vacat in* ***DEGO*** 63. periclum ***BCDHQb***. periculum *reliqui* facaaſ ***B*** 64. deſtimulant ***B***. diſſimulant ***QaSUVZ*** *Sequitur hic in libris v. 73 (sed ut suo loco redeat): deleri iussus ab Acidalio, Guyeto, frustra defensus a Ladewigio Mus. philol. t. III, p. 524 sq. Vide eiusdem Musei t. IV, p. 358 sq.* 65. E. Et quid ***B***, *Gronovius.* Ba. Hei, Quid *Bothius* hoc ***O*** Pist. ***CDO*** adulescens homo *Bothius.* homo aduleſcenſ ***BCDEHKMNPX***. homo adoleſcenſ *reliqui: item Donatus in Phorm. III, 1, 20, sed ut videtur ex interpolatione, cum pro his quae nunc vulgantur* 'homo adolesceus Penetrem huiusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur' *in ed. princ. haec tantum exstent* 'abſtine a palaeſtra ubi demenſ deſudaſcitur' 66. Penetrāt hui9 ĩ paleſtram ***O*** paleſtram ***BCD*** *cum plurimis* damnis] damuſ ***K***. dominis *vel* dominae *Bothius*, *cui assentior aut* damnis *aut v. proximo* damnum *corruptum esse* deſuadaſcitur

'Vbi pro disco dámnum capiam, pró cursura dédecus?

S o r o r.

Lépide memoras.

P i s t o c l e r v s.

'Vbi ego capiam pró machaera túrturem,
'Vbique inponat ín manum alius míhi pro cestu cántharum:
Pró galea scaphiúm, pro insigni sít corolla pléctilis,
Pro hásta talus: pró lorica málacum capiam pállium:
'Vbi mi pro equo léctus detur, scórtum pro scuto áccubet.
'Apage a me, apage.

S o r o r.

Ah, nímium ferus es.

P i s t o c l e r v s.

Míhi sum.

---

***CN***. deſudaſ ẽcc ***O*** 67. 'disco] *habuerunt omnes* uisco': *Longolius. Quod quo spectet, prorsus latet* dampnum ***D*** cuſura ***PVW*** 68. Ba.] A. ***B*** Pist. ***CD*** machera ***BCD*** *cum plurimis* 69. ubique] ubi ***K*** inponat *pro* imp. ***BC***. imponant ***SUVZ*** manu ***NSUZ*** pro ceſtu] inceſtu ***Da*** chantharum ***B*** 70. Scaphium pro galea *Hermannus: vide Prol. Trin. p.* CCLXXII. gabea ***EMPX*** ſca•uum *c. ras.* ***Da***. ſcafium ***DbEGOPSUVXZ***. ſcaffium ***H***. ſchaphium ***N*** corola ***Z*** pectillſ ***BZ*** 71. aſta ***BC*** larica ***P*** malachum ***QUZ*** palium ***O***. palleum ***X*** 72. Vbi mi *Hermannus: vide Prol. Trin. p.* CCXCII. Vbi mihi *libri*. Vbique ***R*** *olim* pro equo ***NQSUVZ***. prequo ***Q*** *mg.* preco ***DEFGKLX***. p̃co ***CHOPMW***. praeco ***B*** *ante* ſcortum *vacuum spatium* ***DO*** accumbet ***BDGK***. accumbent ***C*** 73. *Huius versus quas discrepantias libri post v. 64 habeant, additis circulis indicavi* a me apage] mea apage ***BCDEGO***. amici page (***B***) A. ah ***B*** (***B***). Ba. ha ***H*** (***H***) *In* (***D***) ah ni *e corr. sunt, cum ante rasuram aliquanto plures litterae fuissent* nimum ***X*** çſeruſ ***O*** eſt ***N*** Pist. ***CDO*** (***CDO***)

S o r o r.

Malacissándus es:
Équidem tibi do hanc óperam.

P i s t o c l e r v s.

At nimium prétiosa's operária.

B a c c h i s.

Símulato me amáre.

P i s t o c l e r v s.

Vtrum ego iocón' id simulem an sério?

B a c c h i s.

Héia, hoc agere méliust: miles quom húc adueniat, té uolo
Me ámplexari.

P i s t o c l e r v s.

Quíd eo mi opus est?

---

Ba.] A. ***B*** (***B***) malaciſſanduſ ***LQSU***(***V***)***Z***. maleciſſanduſ ***N***(***Nb***). malaciſanduſ *reliqui* 74. Bacchidi *eidem continuandum esse dixi Mus. phil. IV, p. 361: alteri tribuit Hermannus.* Ba. *praemittunt* ***EF***, *non* ***BCDZ*** Et quidem ***PVW*** hanc operam do tibi ***K*** do] dabo ***QSUVbZ*** ah ***B***. at *reliqui* p̃cioſa *vel* precioſa ***BCFLMSUZ*** eſ *omnes*
u
75. Ba.] A. ***B*** Simulato ***B*** mea mare ***CD*** utrum *an* uerum *an* iterum *in* ***C*** *sit, non satis liquet.* uerum ***SUZ*** ego iocon id simulem ***R*** *Prol. Trin. p.* ccxxxvi. cclxxv. ego iſtuc iocon adſimulem ***BCDEFGHKLMNOQX***, *nisi quod*
v
iſtunc ***B***, iſthuc ***H***, adſimilem ***D***. ego iſtuc iocon an ſimulem ***PVW***. ego iocon adſimulem iſtud ***SUZ***. ego, iocon assimulem *Hermannus* iocon adſimulem an ſerio *affert Charisius p. 195* 76. Ba.] A. ***B*** Heia ***BCDEGO***. Eya ***FG***. Eia *reliqui* meliuſt ***BDbGQ***, ***R*** *Prol. Trin. p.* cccxxv. meliuſ ***CDa*** *cum reliquis* mileſ] meliuſ ***PVa***. *om.* ***W*** quom ***FKMNP***. quam ***BCDEG***. cum *reliqui* te *om.* ***NSUZ*** 77. *totum om.* ***X*** mea ***C*** Pi. *et mox* Ba. *om. sine spatio* ***CD*** *cum reliquis.* G. *et* A. ***B*** quid eo ***BCDbQb***. quid ego ***Da***, *corrigendo in* quid eo *mutatum obscurius.* quid̄ ***O***. quidem *reliqui* mi opus est ***R***: *cf. Prol. Trin. p.* cclix. mihi opuſ ***C***. mihi opuſ eſt ***BD*** *cum reliquis*

BACCHIS.

'Vt ille te uideát uolo.
Scío ego quid ago.

PISTOCLERVS.

Et égo pol scio quid métuo. set quid aís?

BACCHIS.

Quid est?

PISTOCLERVS.

Quíd? si aput te eueniát desubito prándium aut potátio
Fórte aut cena, ut sólet in istis fíeri conciliábulis,
'Vbi ego tum accubem?

BACCHIS.

'Aput me, mi anime: ut lépidus cum lepida áccubet.
Lócus hic aput nos, quámuis subito uénias, semper líber est.
'Vbi uoles tu tíbi esse lepide, méa rosa, mihi dícito:
Dá tu qui bene sít, ego, ubi sit, tíbi locum lepidúm dabo.

---

78. Scio ego quid ago. Pi. et ego pol ***R***: *item, nisi quod* pol ego, *Hermannus.* Scio quid ago. G. et pol ego ***B*** *et omisso* G. ***CDEO***, *substituto autem* Pi. *reliqui: nisi quod* quid *soli* ***BC***, qđ ***DHKO PSU***, quid (o supra) ***Q***, quod *reliqui*, ego *autem pro* ago ***X*** quid metuo *omnes* agiſ ***H*** Ba.] A. ***B*** 79. Quid *om. Hermannus: sed vide Prol. Trin. p.* CXL. *sqq.* eueniat *Camerarius.* ueniat *libri.* euenat *Hermannus. Vide eadem Prol. p.* CCXII. prandium aut potatio deſubito ***B*** 80. aut] ut ***C*** cena ***B*** *cum aliis.* caena ***CD*** *cum aliis* ut] aut ***O***. cenat *pro* cena ut ***X*** fieri in iſtiſ fieri ***B*** conciabuliſ ***F*** 81. Vbi ego tum accubam *superiori versui continuat* ***B*** accubem *Camerarius.* accubam ***BbCO***. accumbam ***BaH***. adcubiam ***QSUZ***. adcubiam ***M***. accubiam ***D*** *cum reliquis* Ba.] A. ***B***. *om. sine spatio* ***CDO*** lepioluſ ***K*** lepida *om.* ***PVW***. lepiola ***K*** accumbet ***BDG KMSZ***. adcumbet ***Q***. hac cubet ***W***. accũbæſ ***C***, *sed ut* eſ *videatur e corr. esse.* accubet *reliqui* 83. uoles tu tibi esse lepide ***R***. tu lepide uoleſ eſſe tibi *libri, nisi quod* lepide lep ***O***. uoles tibi esse lepide *Hermannus. Cf. Prol. Trin. p.* CXLIX. CCXXVI. *sq.* 84. Pi. *praemittunt* ***FX*** Da tu ***R*** *ibid. p.* CCLXVII. Dato *libri* ſit. Ba.

PISTOCLERVS.

Rápidus fluuius ést hic: non hac témere transirí potest.

BACCHIS.

'Atque ecastor áput hunc fluuium áliquid perdundúmst tíbi.
Mănum da et sequere.

PISTOCLERVS.

Ah mínume.

BACCHIS.

Quid ita?

PISTOCLERVS.

Quía istoc inlecebrósius
Fíeri nil potést, nox, mulier, uínum, homini adulescéntulo.

BACCHIS.

'Age igitur: equidém pol nihili fácio, nisi causá tua.
'Ille quidem hanc abdúcet: nullus tu ádfueris, si nón lubet.

PISTOCLERVS.

Súmne autem nihilí, qui nequeam ingénio moderarí meo?

---

ego ***FX*** ubi sit ***R***. ubi bene ſit *libri* *Licebat etiam, sed longius a libris:* Dá qui bene sit, égo bene ubi sit 85. Rapiduſ fluuiuſ eſt hic *cum libris Charisius p. 196.* Magnuſ eſt hic fluuiuſ *Servius in Aen. IX, 329* non hic ***K***. non ac ***Da***. non $^{h}$ac ***Dc*** tranſire ***Da*** 86. BA.]A. ***B*** caſtor ***C*** fluuiumſt *et mox* perdundum tibi ***R*** *olim: vide Prol. Trin. p. CXCIV.* perdundumſt ***BVW(P?)***. perdundum eſt *reliqui* 87. Mannũ ***O***. *Vide ib. p. CXLII.* et ſequere ***BCDEGO***, ***Q*** *mg.* conſequere *reliqui* ah ***FHLX***. alia ***O***. aha *reliqui* minime *libri* BA.] A. ***B*** iſthoc ***H***. iſto ***MO*** inlecebro ſuiſ ***B***. inlecebroſiuſ ***MNPV***. illecebroſuſ ***SUZ***. illecebroſiuſ ***CD*** *cum reliquis* 88. nihil *libri* uinum] uitũrui ***O*** adoleſcentulo ***CG***, *In Donati ad Adelph. III, 4, 24 ed. princ. haec sic afferuntur:* Quid hoc illecebroſiuſ fieri poteſt nox mulier uinum hominibuſ: quid hoc illecebroſiuſ homini adoleſcentulo 89. A. ***B*** *ante* pol *spatium* ***B*** nibil ***QSUZ*** fatio ***O***. facito ***N*** 90. *vacuum spatium praecedit in* ***DO***, PI. *in* ***Ea*** adducet ***K*** nullus tu ***R***. tu nulluſ *libri* 91. Summe ***C*** nichili ***D*** nequam ***CFKM***

BACCHIS.

Quíd est quod metuas?

PISTOCLERVS.

Níhil est: nugae. múlier, tibi me emáncupo:
Túus sum, tibi dedo óperam.

BACCHIS.

Lepidu's. núnc ego facere te hóc uolo.
Égo sorori meae hódie cenam dáre uolo uiáticam:
Ĕo tibi argentúm iubebo iam íntus ecferrí foras,
Tú facito opsonátum nobis sít opulentum opsónium.

PISTOCLERVS.

'Opsonabo ego: nam íd flagitium sít, mea te grátia

---

92. BA.] E. ***B****: cf. Mus. phil. p. 360* PI. nihil eſt ***HNPQSUVZ***. nihil eſt. G. ***B***. nihil eſt. PIST. ***CD*** *cum ceteris* nugae ***C***. nuge ***BDEO***. nunc ego *reliqui, nisi quod* nunc *sine* ego ***K*** tibi mulier ***K***. mulier tibi ***B*** emancupio ***C*** 93. BA.] A. ***B*** lepidu's. nunc *Meursius*. lepiduſ nunc ***CGKOQX***. lepiduſ nunc ***B***. lepiduſ nunc ***DE***. lepiduſ eſ nunc *reliqui* ego facere te ***R***. ego te facere *libri*. te facere ego *Hermannus* 94. hodie coenam *Hermannus: vid. Prol. Trin. p.* CCLV. cenam hodie ***BCD*** *cum ceteris, nisi quod* caenam *alii, alii* coenam dare ***B***. dare ***K***. dari *reliqui* uiaticã uiaticã ***K*** 95. Eo *Hermannus*. Ego *libri cum Charisio p. 180*. Ergo *Dousa* iubebo *Charisius, Pius*. iubeo *libri, nisi quod* ibeo ***X*** tam *Char*. nam ***FLM*** ecferri ***DG***. ec ferri ***B***. et ferri ***C***. efferri *reliqui*. ecceteri *Charisius* 96. facito opſonatum nobiſ ſit ***B***, ***R*** *Prol. Trin. p.* CCLV. facito nobiſ obſonatum ſit ***D*** *et sine notis* ***G***. facito nobiſ obſenatum ſit ***C***. facito nobiſ obſonatum ***N***. facito ſic nobiſ obſonatum ***HSUZ***. facito ſit nobiſ obſonatum *reliqui, interpretati notas* ***D*** *codicis*. opsonatum facito nobis sit *Hermannus* opulatum ***L*** opſonum ***B***. obſonium *reliqui* 97. PI.] G. ***B***. *om. reliqui. addidit Saracenus* Opsonabo ego ***R***. Ego opſonabo ***B***. Ego obſanabo ***C***. Ego obſonabo *reliqui* sit *Lomanus Spec. crit. p. 46*. ſit meum ***B***. meum ſit *reliqui* te gratia] tegram (*ortum e* te gr͠a) ***C***. gratia

Ét operam dare mi ét ad eam operam fácere sumptum dé tuo.

BACCHIS.

'At ego nolo dáre te quicquam.

PISTOCLERVS.

Síne.

BACCHIS.

Sino equidem, sí lubet. Própera, amabo.

PISTOCLERVS.

Príus hic adero, quám te amare désinam.

SOROR.

Béne med accipis áduenientem, méa soror.

BACCHIS.

Quid ita, óbsecro?

SOROR.

Quía piscatus mĕo quidem animo hic tíbi hodie euenít bonus.

---

te ***X*** 98. Vt ***O*** mihi *libri* ad eam] abeam ***P*** face-rere ***Z*** 99. A. ***B***. Ba. ***F***. Pi. ***NXZ***. *om.* ***CD*** *cum aliis* ego] pol ***K*** uolo dare ***OW***. dare nolo dare ***B*** te *om.* ***V*** quicquam. G. ſiue. A. ſino equidem ***B***. quicquam ſine ſinoe quidem ***C***. quicquam ſine ſinequidem (o) ***D***. quicquam ſine ſino-quidem ***GO***. quicquam. Ba. ſine. Pi. ſine quidem ***Ea***. quicquam. Pi. ſine. Ba. ſine (o) quidem ***Eb***. quicquam ſine. Ba. ſino quidem *reliqui, nisi quod* ſineſ *pro* ſine ***W*** 100. amobo ***O*** prius . . . . de-sinam *affert Donatus in Eun. IV, 2, 13, ubi* adde per *pro* hic adero *ed. princ. Interpretare: 'citius huc recurram quam nunc finem facio amplexui'* 101. E. ***B*** med accipis *Guyetus.* me ac-cipiſ *libri, nisi quod* me *om.* ***O***. me accepiſti *Hermannus. Vide Prol. Trin. p.* CCLXXII. Ba.] A. ***B***. Pi ***NZ*** *cum aliis* 102. Ba.] E. ***B***. *om.* ***FZ*** *cum aliis. addidit Saracenus* meuſ ***Xa*** animo *om.* ***SUZ*** hoc ***KPVaW***

BACCHIS.

Méus ille quidemst. tíbi nunc operam dábo de Mnesilochó, soror,

Híc ut aurum accípias potius, quam hínc eas cum mílite.

SOROR.

Cúpio.

BACCHIS.

Dabitur ópera. calet aqua: íntro eamus, út laues.

Nám ut in naui uécta's, credo, tímida's.

SOROR.

Aliquantúm, soror.

Símul hic nescio quí turbare coépit: decedámus hinc.

---

103. Ba.] A. ***B***. *om.* ***FNXZ*** *cum aliis. addidit Angelius* ille quidemſt̃ ***C***. ille quidemſt˜ ***D***. ille quidem ſũt ***O***. ille quidem ſunt ***G***. quidem ille eſt ***SUZ***, *Hermannus.* ille quidem eſt ***B*** *cum reliquis. Vide Prol. Trin. p.* CCLXVII mueſilo cho ſoror ***BDO***. mueſilochoſor ***C***. mueſicho ſoror ***X***. mneſiloco ſoror ***Z*** 104. Hic ut aurum accipias potius ***R***: *nisi* Vt tu hic potius aurum accipias *mates.* Vt hic accipiaſ potiuſ aurum *libri, nisi quod* hinc ***FKMNQSUVXZ*** 105. E. ***B*** Supio ***N*** Ba.] A. ***B***. Pi. ***NZ*** *cum aliis* *ante* aqua *spatium* ***DO***, Ba. ***EFM*** calet aqua *Hermannus.* aqua kalet ***B***. aqua calet *reliqui. Vide Prol. Trin. p.* CCXXVII. *ante* eamuſ *spatium* ***DO***, Ba. ***E*** eam ***H*** hic ***S*** laueſ *om.* ***O*** (*quippe in fine superioris versus positum in* ***D***). leueſ ***SUZ*** 106. *totum post v. 107 iterant* ***BC***: *cf. Parerg. I, p. 420* in naui ***B(BC)DbEaGO***. naui ***CDa***. enam ***K***. e naui ***Eb*** *cum reliquis.* ex mari ***Q*** *mg. et Donatus, cuius haec sunt testimonia in ed. princ.: in Hec. III, 1, 41* 'nam et ex mari timida ecce ego', *in Phorm. II, 1, 54* 'nam ex mari timida eſ'', *in Eun. IV, 2, 14* 'manum ex mari timida'. *Cf. Mus. phil. p. 586* uecta's ***R***. uecteſ ***C(C)DEGKO***, ***Q*** *mg.* euccta eſ ***N***. uecta eſ ***HS***. uecta eſ ***B(B)*** *cum reliquis* timida eſt ***N***. timida eſ *reliqui* E. ***B***. *om.* ***(B)N*** aliquantulum ***K*** 107. huic ***BCDEGMaO***. hinc ***X***. hic *reliqui* qui turbare coepit. decedamus hinc ***R*** *Mus. phil. p. 600 sq.* qui turbare qui huc it decedamuſ ***BC***. qui turbare qui huc te decedamuſ ***DEaGO***,

BACCHIS.

Séquere hac igitur me íntro lotum, ut sédes lassitúdinem.

---

*nisi quod* decebdamuf ***O***. quid t. quin hinc decedamuf *reliqui, in secunda voce ita discrepantes ut* turbae *habeant* ***LMZ***, turbe ***F***, turbe eft ***EbHNPVW***, turbare eft ***QSUZ*** Simul huic nescio quid turbarumst, qui huc it: decedamus hinc ***B*** *olim*. Simul hic nunc nescio qui turbat, qui huc it. quin decedimus *Hermannus* 108. A. ***B***. *om*. ***FZ*** *cum aliis* hanc ***C*** lotum *Beckerus Quaest. de com. Rom. fab. p. 8.* in lectum *libri* lafitudinem ***H***

# ACTVS II.

## LYDVS. PISTOCLERVS.

### Lydvs.

Iamdúdum, PistocIére, tacitus té sequor,
Inspéctans, quas tu rés hoc ornatú geras.
Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.
Quo núnc capessis téd hinc aduorsá uia
Cum tánta pompa?

---

*Actuum descriptionem secutus sum eam quam Mus. phil. IV, p. 597 sqq. explicavi: nisi quod, quem illic secundum actum feci, in duos esse dispertiendos intellexi: nec enim per breviculae scenae quae est a v. 368 ad 384, intervallum fieri potuisse videtur ut illa omnia Mnesilochus e Chrysalo rescisceret quae v. 390 sq. et 392 sq. sibi innotuisse testatur. Quo evenit ut sex actibus divisam fabulam non reformidandum putarem.*

*Act. I. Scen. 2. Enarravit hanc scenam Schneidewinus Musei nostri philologici t. II, p. 415 sqq.* LIDVS SERVVS ET PISTOCLERVS ADOLESCENS ***BCD***. Lyduſ ſeruuſ. Piſtocleruſ aduleſcenſ ***FZ*** LIDVS *prope constanter* ***BCD*** 110. Inspectans quas tu *Hermannus.* Spectanſ quaſ tu *libri, nisi quod* ſpetar$^{n}$iſ ***D***. Spectans quas tute *Camerarius* hoc] h *e corr.* ***B*** 111. nanque ***F***. nam ***Z*** dii ***FZ*** ligurguſ ***BCD*** 113. ted *Guyetus.* te *libri.* tu te *Pylades* aduerſa *libri* 114. Huc] h *e corr.* ***B***

PISTOCLERVS.

Húc.

LYDVS.

Quid huc? quis istíc habet?

PISTOCLERVS.

Amór, Voluptas, Vénus, Venustas, Gaúdium,
Iocus, Lúdus, Sermo, Suáuisauiátio.

LYDVS.

Quid tíbi commercist cúm dis damnosíssumis?

PISTOCLERVS.

Malí sunt homines, quí bonis dicúnt male.
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.

LYDVS.

An déus est ullus Suáuisauiátio?

PISTOCLERVS.

An nón putasti esse? hém quam, o Lyde, es bárbarus,
Quem sápere nimio cénsui plus quám Thalem.
I, stúltior es bárbaro Potício,

---

huc liduſ quid **C**. Huc. Ly. Huc? quid *Hermannus* huc] h *e corr.* **B** habet̃ **B**. habitat **F** 115. Amor] *post* A *aliquid erasum* **B** 116. Suauisauiatio *Hermannus*. ſuauiſ ſauiatio **CDFZ**. ſuauiſ ſuauiacio **B** 117. commerciſt **B**. commercii eſt **CD**. commertii eſt **FZ** diſ **BD**. diiſ **CFZ** dampnoſiſſumiſ **D**. damnoſiſſimuſ **C**. damnoſiſſimiſ **BFZ** 119. diiſ **F** nec recte diciſ non **BbCDF**. non recte diciſ non **Ba**. nec diciſ recte nec **Z** equum **BF**. equum **CDZ** 120. Suauisauiatio *Hermannus*. ſuauiſ ſauiatio **DF**. ſuauiſ ſauitio **C**. suauiſ ſuauiatio **BZ**, *nisi quod* u **B** *ut v. 116* 121. putasti esse? hem quam, o **R**. putaſti eſſe unquam? o *libri, nisi quod* unquam **DF**, nunquam **Z**. putasti esse? nimium quam, o *Gruterus*. putasti? est inquam. o *Hermannus* o lide **BD**. olide **CZ** 122. talem **C** 123. I *e corr.* **B**. iſ **CDFZ** eſ **BCDF**, **R** *Prol. Trin. p.* CLXXV. eſt **Z**. tu es *Hermannus* . . . tior eſt

Qui tántus natu dĕorum nescis nómina.

LYDVS.

Non híc placet mi ornátus.

PISTOCLERVS.

Nemo ergó tibi

Hoc ápparauit: míhi paratumst, quoí placet.

LYDVS.

Etiám med aduorsum éxordire argútias?
Qui sí decem habeas línguas, mutum esse áddecet.

PISTOCLERVS.

Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit.
Magis únum in mentest míhi nunc, satis ut cómmode
Pro dígnitate opsóni haec concurét cocus.

LYDVS.

Iam pérdidisti te átque me atque operám meam,
Qui tíbi nequiquam saépe monstrauí bene.

PISTOCLERVS.

Ibidém meam operam pérdidi ego, ubi tú tuam:
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.

---

barbaro *ex h. l. servatum est apud Festum p. 217 M.* barbare ***Z*** poticio ***BCF***, *codd. Pyladis.* potio$^{ci}$ ***D***. potio ***Z***. ‘Putitium Plautus dicit pro stulto’ *Paullus* 124. natu *e corr.* ***B*** hic]h *e corr.* ***B*** 126. hoc ***Z***, *Guyetus.* Haec ***BC***. hec ***DF***. Hunc *Bothius* michi ***D*** paratum eſt *libri.* paratust *Bothius* quoi ***B***. cui *reliqui* licet ***C*** 127. med aduorſum ***B***. me aduorſuſ ***D***. me aduerſuſ *reliqui* arguciaſ ***B*** 128. Qui si] quaſi ***F***. Quoi, si *Bothius* 130. menteſt, *sed ut ultima littera e corr. sit,* ***B***. mente ***Da***. mente eſt ***DbCFZ***. *Fortasse* mentemst *fuit* *post* mentest *integra vox erasa est in* ***B*** 131. opſonii ***B***. obſonii *reliqui* hoc *Bothius* concurret ***F*** coquuſ ***Z*** 133. nequiquam ***BC***. nequicquam ***DFZ*** ſepe ***BCDF*** monſtrauit ***C*** 134. Ibidem m. o. perdidi ego ***B***. Ibidem ego m. o. perdidi ***B***, *Charisius p. 181.* Ibidem m. o. perdidi *reliqui* 135. nec tibi ***B***. neque tibi *reliqui*

LYDVS.

O praéligatum péctus.

PISTOCLERVS.

Odiosús mihi's.

Tace átque sequere, Lýde, me.

LYDVS.

Illuc sís uide:

Non paédagogum iám me, set Lydúm uocat.

PISTOCLERVS.

Non pár uidetur néque sit consentáneum,
Quom hic íntus sit et úna cum amica áccubet,
Quomque ósculetur ét conuiuae alii áccubent,
Praesénte ibus una paédagogus út siet.

LYDVS.

An hóc ad eas res ópsonatumst, óbsecro?

PISTOCLERVS.

Sperát quidem animus: quo éuenat, dis ín manust.

---

136. praeligatum ***B***, *erasa dimidia parte* p *litterae.* preligatum ***CD***. perreligatum ***F***. perligatum ***Z*** mihi eſ *libri* 137. ac ***FZ*** ſcif ***Z*** 138. pedagogum *libri* 139. uidere ***Z*** 140. cum hic intuſ ſit ***FZ***: *cf. Prol. Trin. p.* CLXXXII. Quom haec iutuſ ſit ***B***. cum haec intuſ intuſ ſit ***CD***, *nisi quod* hec ***D***. Quom hic ipſus intus siet *Bothius.* Cum herus hic intus sit *Pylade duce Camerarius.* Quom haece intus assint *Hermannus* et una cum ***R***. et cum *libri.* et erus cum *Hermannus* accumbet ***B*** 141. cumque ***BCD***. cunque ***FZ*** et] et cum ***F*** conuiue ***BF*** 142. Praesente ibus una paedagogus *Scaliger et, nisi quod* iis *pro* ibus, *Guyetus.* praeſentibuſ (preſ. ***BF***) illiſ paedagoguſ una *libri, nisi quod* unam ***D***. Praesente una illis paedagogus *Bothio duce Hermannus* 143. opſonatu eſt ***B***. obſouatum eſt *reliqui.* est opsonatum *Hermannus.* obsonatumst *etiam Bentleius in Andr. II, 6, 20*

144. PI. *om.* ***D*** (*initio versus*) euenat *Bothius.* eueniat *libri. cf. v. 348* diiſ ***BFZ*** manuſt ***B***. manu eſt *reliqui*

LYDVS.

Tu amícam habebis?

PISTOCLERVS.

Quóm uidebis, túm scies.

LYDVS.

Immó neque habebis, néque sinam. i rusúm domum.

PISTOCLERVS.

Omítte, Lyde, ac cáue malo.

LYDVS.

Quid? cáue malo?

O bárathrum, ubi es nunc? út ego te usurpém lubens.
[Viuo nimio iam multo plus quam uolueram.]
Vixísse nimio sátiust iam quam uíuere.
Magístron quemquam díscipulum minitárier?

PISTOCLERVS.

Iam excéssit mi aetas éx magisterió tuo.

LYDVS.

Nil móro discipulos míhi esse plenos sánguinis:

---

145. Pi. Habebiſ *ab initio versus* ***D*** quom ***F***. cum *reliqui* tum ***CDFZ***. tunc ***B*** 146. nec ſinam ***Z*** i rusum ***R***. ituruſ ſum *libri: in quo latere* i tu rurſum *(immo* ruſſum *h. e.* ruſum *coll. Prol. Trin. p.* CIV*) vidit Scriverius.* ituru's *Bothius.* intus te in *vel* te intus ***R*** *olim* 147. Ly. *om.* ***Da*** 148. baratrum *libri* es nunc *Hermannus.* nunc eſ *libri* 149. Viuo *Scaliger.* uideo *libri* Video iam nimio *transponebam Prol. Trin. p.* CCXXIII: Iam uideo nimio *Hermannus. Nunc totum versum intellexi interpretationem insequentis esse* 150. faciuſ eſt ***BC***. faciuuſ eſt ***D***. ſatiuſ eſt ***FZ*** 151. magiſtrum ***Z*** quenque ***Z***. quãquã ***F*** 152. *hic collocavi, qui in libris legitur post v. 147. Post v. 138 parum apte inseruit Bothius. De Acidalio vide ad v. 166* magiſterio ***BCD***. magiſtratu ***FZ*** 153. nichil ***D*** moro ***R***. mor ***D***. morũ ***C***. moror ***BFZ***. *Cf. v. 1187* esse ***R***. eſſe iam *libri* Nil mihi moror discipulos plenos sanguinis *Hermannus:*

Valéns afflictet mé uåciuom uírium.

PISTOCLERVS.

Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus.

LYDVS.

Pol métuo magis, ne Phoénix tuis factís fuam,
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.

PISTOCLERVS.

Satis hístoriarumst.

LYDVS.

Híc uereri pérdidit:
Occísus hic homost. écquid in mentémst tibi
Patrém tibi esse?

PISTOCLERVS.

Tíbi ego an tu mihi séruos es?

LYDVS.

Compéndium edepol haút aetati optábile
Fecísti, quom istanc náctu's inpudéntiam.

---

*praestiterat certe* Nil iám moror discípulos plenos sánguinis. *Trochaicum septenarium e tragoedia petitum agnoscere sibi risus Bothius: ut 'spurium' expungi Guyetus iubebat* 154. caleuſ ***FZ*** afflictet *Acidalius, Bentleius in Heaut. I, 1, 38*. afflectat ***Da***. aflictat ***B***. afflictat *reliqui* uacinom ***B***. uacuum ***D***. uacuum *reliqui* uirum ***DaF*** 155. Fiam ut ego ***B***. fiamutetego ***C***. fiam ut& ego ***D***. Eia (Eya ***F***) nunc eſſe ego ***FZ***, *Vaticani Lipsii Ant. lect. II, 7*. Fiam ego, ut *Acidalius* erculeſ ***CD***. ᵗerculeſ ***B*** lynuſ ***F*** 156. fuam ***BDF***. ſuam ***C***. fiam ***Z*** 157. emortuum ***Ba*** renuuciem ***Z*** 159. hiſtoriarumſt ***B***. hiſtoriarum eſt ***CFZ***. iſtoriarum eſt ***D*** Ly. *om.* ***Z*** uere[ri] ***B*** 159. 160. 161. 162 *hoc ordine collocari, qui in libris sic sese excipiunt:* 161. 162. 159. 160 159. Occisus] *cf. v. 485* homo eſt *libri*, h *e corr.* ***B*** et quid ***C*** mentem eſt ***B***. mente eſt *reliqui* 160. au ***CDFZ***. aut ***B*** 161. Compedium ***BC***. cōpendiū ***B*** *mg.* haut ***Ba***. aut ***C***. haud ***BbDFZ*** 162. cum *libri* nactuſ inpudenciam ***Bb***. inpudenciamactuſ inpudenciam ***Ba***. nactuſ inpuden-

Peiór magister te ístaec docuit, nón ego.
Nimio és tu ad istas rés discipulus dócilior
Quam ad ílla quae te dócui, ubi operam pérdidi.
Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum,
Quom istaéc flagitia mé celauisti ét patrem.

P I S T O C L E R V S.

Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast
Orátionis: sátis est. sequere hac me ác tace.

---

tiam **CD**. nactuſ eſ impudentiam **FZ** 163. iſtec **FZ**. iſta et **C** 164. nimio docilior *hinc affert Charisius p. 186* es tu] teſtu **Ba** diſcipuliſ **D** 165. que **CF** 166—169 *eo ordine posui quo hos quattuor versus post v. 175 iterat* **B**: *nam hoc quidem loco sic illi se excipiunt in* **BCDFZ**: 168. 169. 166. 167. *Ceterum transpositionibus quibusdam opus esse in hac scena Acidalius senserat, qui hunc ordinem commendabat:* 147. 148—151. 153—158. 161. 162. 166—168. 152. 159. 160. 163—165. 169. *Nostrae transpositionis lenitas in eo substitit quod exigente sermonum nexu et ratione sententiarum, praeter solitarium illum v. 152, bis invertimus bina versuum paria continua* 166. furtum **B(B) CDbZ**. fuſſum *(ut videtur)* **Da**. fuſtum **F** in aetatem **CDc**. in aetatum **Da**. in etatem **(B)**. in aetate **B**. aetati **Z**. in archectum **F** 167. Qum **(B)**. Cum **B** *cum reliquis* iſtec **CF** cela•••iſti *cum rasura* **Da**. cela•••iſti **Db** 168. Iſtec tenuſ **(B)**. Iſta hactenuſ **F** tibi lide libertaſ dataſt **B**, *nisi quod* l *in* lide *e corr. est*. tibi lyde libertaſ dataſt **F** *et, nisi quod* data eſt, **Z**. tibi lida et libertaſ dataſt **(B)**. tibi id delibtaſ dataē **Da** (dataē **Db**). ubi id delibertaſ data eſt **C** 169. est. Orationis satis est *iungebatur ante Beroaldum et rursus ante Meursium* hac me ac *Bothius*. me hac ac **BCD**. me kac ac **(B)**. me ac **FZ**

### C H R Y S A L V S.

Erílis patria, sálue, quam ego biénnio,
Posteáquam hinc in Ephesum ábii, conspició lubens.
Salúto te, uicíne Apollo, qui aédibus
Propínquos nostris áccolis, ueneróque te,
Ne Nícobulum mé sinas nostrúm senem
Prius cónuenire quám sodalem uíderim
Mnesílochi Pistoclérum, quem ad epístulam
Mnesílochus misit súper amica Bácchide.

---

## PISTOCLERVS. CHRYSALVS.

### P I S T O C L E R V S.

Mirúmst me, ut redeam, te ópere tanto quaésere,
Qui abíre hinc nullo pácto possim, sí uelim:
Ita mé uadatum amóre uinctumque ádtines.

---

*Act. II. Scen. 1.* CHRYSALVS SERVVS ***BCFZ***. *om.* ***Da***. CRISALVS SERVVS ***Db*** 170. ego *om. Hermannus* 171. Posteaquam ***B***. poſtquam *libri* epheſum ***Z***. efeſum ***CD***. effeſum ***B***. ephebum ***F*** abii] ego abii *Hermannus* lumbenſ ***C*** 172. apolle ***C*** edibuſ ***BCF*** 173. Propiuquuſ ***BDbZ***. propinquiſ ***CDaF*** accolliſ ***C*** ueneroque ***BaCDZ***, '*codd. prisci*' *Pii*. uenerorque ***BcF*** 174. nicobolum ***FZ***. nicololum ***D*** 175. conuenire] en *e corr.* ***B*** *Post hunc v. redeunt v.* 166—169 *in* ***B*** 176. Mneſilohi ***B*** epiſtolam *libri* 177. Mneſilocuſ ***B***. mneſilochiſ ***C*** bachide ***BCD*** *constanter*

*Act. II. Scen. 2.* PISTOCLERVS ADOLESCENS. CHRISALVS SERVVS ***BCDbF*** (*nisi quod* CHRYSALVS ***C***). *om.* ***Da***. Piſtocleruſ adoleſceuſ. Charinuſ ferꝝuuſ ***Z*** 178. Miruuſt ***B***. Mirum eſt *reliqui* queſere ***BCDa***. querere ***DcFZ*** 179. kinc ***Ba*** *ante corr.* 180. uictumque ***F*** adtineſ ***BCDF***.

CHRYSALVS.

Pro di ínmortales, Pístoclerum cónspicor.
O Pístoclere, sálue.

PISTOCLERVS.

Salue, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Compéndi uerba múlta iam faciám tibi.
Veníre tu me gaúdes: ego credó tibi.
Hospítium et cenam póllicere, ut cónuenit,
Peregre áduenienti: ego aútem uenturum ádnuo.
Salútem tibi sodális solidam núntio.
Rogábis me, ubi sit? uénit.

PISTOCLERVS.

Viuitne ét ualet?

CHRYSALVS.

Istúc uolebam ego éx te percontárier.

PISTOCLERVS.

Qui scíre possum?

---

attineſ ***Z*** 181. CH. *om.* ***C*** pro[h] ***De*** dii ***FZ*** inmortaleſ, *non* imm., ***CD*** 182. PI. *in rasura* ***D*** c[h]riſale ***D***. chriſale ***Bb*** chriſele ***Ba*** 183. Compendii ***BC***. compendio ***DFZ*** 184. Veuire[tu]me ***B*** *m. ant.* ueni tu me ***Z***. ueniſſe tu me *'prisca exemplaria' Pii* 185. Hoſpicium ***B*** pollicẽ ***F*** ut [cō]uenit ***D*** 186. caenam peregre aduenienti *affert Charisius p. 189* adnuo ***BCZ***. ad[u]uo ***D***. aunuo ***F*** 187. sodalis *Hermannus.* ab ſodali *libri* nuncio ***Z*** 188. me ubi sit? uenit. PI. uiuitne et ualet? ***R*** *coll. v. 248 et vv. 191. 246. Trin. 52. 773. 1075.* me ubi ſit. uiuit. PI. nempe recte ualet ***BDFZ***. me ſed uiuit. Piſtocleruſ. nempe recte ualet ***C***. me ubi sit? PI. uiuitne et recte ualet? *Gulielmus c. 4.* me ubi sit? uiuit. PI. num recte ualet *Scaliger et, nisi quod* num et, *Pareus ed. tert.* 189. percunctarier ***B***

CHRYSALVS.

Núllus plus.

PISTOCLERVS.

Quemnam ád modum?

CHRYSALVS.

Quia, si ílla inuentast quám amat, uiuit ét ualet.
[Si non inuenta est, minus ualet moribundusque est.]
Animást amica amánti. si abest, núllus est:
Si adést, res nullast, ípsus est, nequam ét miser.
Set tú quid factitásti mandatís super?

PISTOCLERVS.

Egon' út, quod ab illoc áttigisset núntius,
Non ímpetratum id áduenienti ei rédderem?
Regiónes colere máuellem Acherúnticas.

CHRYSALVS.

Eho,
An ínuenisti Bácchidem?

---

quemadmodum ***Z***  191. Qui$^{a}$ ſi ***Ba***  inuenta eſt *libri* quam amat, uiuit et ualet *Bentleius in Heautont. II, 3, 3.* quam ille amat uiuit recte et ualet *libri, nisi quod* uit *ante* uiuit ***B***, et recte *pro* recte et ***Z***, et *autem om.* ***D***. quam ille amat, recte ualet *Bothius.* quam ille amat, uiuit, ualet ***B*** *olim*  192. *subditivum esse Hermannus pervidit*  nimiſ ***Z***  moribundus est *Camerarius, Bentleius*  193. Animaſt ***B***. anima eſt *reliqui, sed tantum sup. scr.* ***D***  amanti amica *posuit Bentleius*  194. reſ nullaſt ***B***. reſ nulla eſt ***CDF***, *codd. Pyladis.* reſ: nulluſ eſt ***Z***  ipſiuſ ***C***  est, nequam *distinxit Hermannus.* est nequam *vulgo. Nisi forte integer versus excidit inter* eſt *et* nequam  196. Egont ***Ba***  quid ***Z***  illoc attigisset ***B***. illo attigiſſet *libri.* illo attulisset '*alibi scribi*' *narrat Pius.* illo me attigisset *Hermannus*  nunciuſ ***Z***  197. ei *om.* ***Z***  198. religioneſ ***F***  mauelle colere mauellem ***B***  collere ***Z***. coleres *Dousa Expl. II, 21*  achaeruntícaſ ***B***. acheruntidaſ ***F***  199. Eho *extra versum posuit Her-*

PISTOCLERVS.

Et Samiám quidem.

CHRYSALVS.

Vide quaéso, ne quis tráctet illam indíligens:
Scis tu út confringi uás cito Samiúm solet.

PISTOCLERVS.

Iamne út soles?

CHRYSALVS.

Dic úbi ea nunc est, óbsecro.

PISTOCLERVS.

Hic, éxeuntem me únde aspexistí modo.

CHRYSALVS.

Vt istúc est lepidum: próxume uicíniae
Habitát. ecquidnam méminit Mnesilochí?

PISTOCLERVS.

Rogas?
Immo únice unum plúrumi pendít.

CHRYSALVS.

Papae.

PISTOCLERVS.

Immo út eam credis? mísere amans desíderat.

---

*mannus.* eo **Z** 200. et Samiam **R** *Mus. philol. IV, p. 273.* ſamiam *libri* 201. queſo **BCDF** indili[g]enſ **Ba**. indilligenſ **Z** 202. *inter* tu *et* ut *aliquid erasum in* **B** uaſ]u *e corr. et ante eam litteram rasuram* **B** 203. *post* ubi *rasuram* **B** 204. *item post* Hic inde **Z** de aſpexiſti *omnia e corr. post ras.* **B** aſpexi **F** 205. proxime uiciniae **C**, *Charisius p. 197: vide Bentleium in Andr. I, 1, 43.* proximae uiciniae, *et ut inter utramque vocem aliquid erasum sit,* **B**. proximȩ uicinȩ **D**. proxume uicine **F**. proxime nicine **Z** 206. ecquidnam *Pius.* et quidnam *libri* rogiṭaſ **B** 207. prurimi **Ba**. plurimi **Bb** *cum reliquis.* plurimique *Charisius p. 197* pape **BCDF** 208. eam *Acidalius in Curcul. c. 1. p. 106.* eum *libri* crediſ]i *factum ex* o **D** misere *Acidalius.* miſerae **B**. miſera **CDFZ**

CHRYSALVS.

Scitum ístuc.

PISTOCLERVS.

Immo, Chrýsale, en non tántulum
Vmquam íntermittit témpus, quin eum nóminet.

CHRYSALVS.

Tanto hércle melior.

PISTOCLERVS.

'Immo

CHRYSALVS.

Immo hercle ábiero
Potiús.

PISTOCLERVS.

Num inuitus rém bene gestam audís eri?

CHRYSALVS.

Non rés, set actor míhi cor odio saúciat.
Etiam Épidicum, quam ego fábulam aeque ac me ípsum amo,
Nullam aéque inuitus spécto, si agit Póllio.
Set Bácchis etiam fórtis tibi uisást?

---

209. scitum] dictum ***FZ***. fictum *Dissaldeus. Fuit cum in mentem veniret* Scin tu istuc? chryſale *e corr. post ras.* ***B*** Chrysale, en, non ***R***. chryſale hem non *libri*. Chrysale. Ch. hem. Pi. non *Bothius* tantullum ***F***. tantillum ***Z*** 211. ercle *utroque loco* ***BD*** melior *suadente Bothio Hermannus*. melior bachiſ *libri* hercle *om. Pylades*. hercle ego *Hermannus* 212. geſtam at audiſ ***B*** 213. res *Bothius*. eruſ ***BCD***. heruſ ***FZ*** michi ***D*** *in* ſauciat *paenultimam litteram e corr.* ***B*** 214. eque ***BCDF*** 215. nulla ***Z*** eque ***BCD***. ego ***F*** ait (g) ***D*** Pollio *Gulielmo duce Bothius*, ***R*** *Parerg. I, p. 392*. pellio ***BCDF***, *item Bentleius in Heaut. prol. 7*. pelio ***Z*** 216. etiam etiam ***B*** uiſaſt ***B***. uiſa eſt *reliqui*

PISTOCLERVS.

Rogas?

Ni náuctus Venerem essem, háuc Iunonem dúcerem.

CHRYSALVS.

Edepól, Mnesiloche, ut rem háuc natam esse intéllego,
Quod amés, paratumst: quód des, inuentóst opus.
Nam istíc fortasse auróst opus.

PISTOCLERVS.

Philippeó quidem.

CHRYSALVS.

Atque ĕo fortasse iám opust.

PISTOCLERVS.

Immo etiám prius.
Nam iam húc adueniet míles

CHRYSALVS.

Et milés quidem.

PISTOCLERVS.

Qui de ámittenda Bácchide aurum hic éxigit.

---

217. nanctuſ ***BCD***. nactuſ ***FZ*** eſſe ***Z*** ducerem (*'veterem lectionem' Pii*) *Lipsius*. dicerem *libri* 218. mneſilolhe ***Ba*** rem hanc natam esse *Pylades*. hanc rem natam eſſe *libri*. hanc rem natam *Bentleius in Adelph. III, 1, 8*. rem natam esse *C. E. Chr. Schneiderus*. rém ĕsse hanc natam ***R*** *Prol. Trin p. CXIII*. intelligo ***Z*** 219. paratun ſt ***B***. paratum eſt *reliqui* quod deſ]d deſ *e corr. post ras.* ***B***, *et cum ras. post* deſ inuento ſt ***B***. inuento eſt *reliqui* 220. iſtic ***FZ***. iſtoc ***BCD*** aurost opus ***R*** *Prol. Trin. p* CCLIII. auro eſt opuſ ***FZ***. aurum eſt opuſ ***BCD***. auro opus est *Camerarius*. opus auro est *Bothius* filippeo ***BCD*** 221. CHR. *om.* ***F*** iám opust ***R*** *Prol. Trin. p.* CCLIX. CCCXXV. iam opuſ eſt *libri, Charisius p. 188* PI.]CH. ***F*** 222. PI. *praefigit* ***F*** et miles *om.* ***Z*** et miles quidem, *quae* Pistoclero *continuant libri (nisi quod* equidem ***F****)*, Chrysalo *tribuit Gulielmus c. 4, et interrogandi nota addita Bentleius in Heaut. III, 3, 44* 223. admittenda ***CbZ*** hinc exiget *Bothius*

CHRYSALVS.

Aduéniat quando uólt, atque ita ne sít morae.
Domíst: non metuo míhi nec quoiquam súpplico,
Dum quidem hóc ualebit péctus perfidiá meum.
Abi íntro: ego hic curábo. tu intus dícito
Mnesílochum adesse Bácchidi.

PISTOCLERVS.

Faciam út iubes.

CHRYSALVS.

Negótium ad me hoc áttinet aurárium.
Mille ét ducentos Phílippos tulimus aúreos
Ephesó, quos hospes débuit nostró seni:
Inde égo hodie aliquam máchinabor máchinam
Vt aúrum efficiam amánti erili fílio.
Sed fóris concrepuit nóstra: quinam exít foras?

---

224. Adueniat *Hermannus*. Veniat *libri*. *cf. Proleg. Trin. p.* CCXXII. uult *libri* ne *Hermannus*. ne mihi *(fortasse e proximo v. ortum)* **BCDF**. ne ſibi **Z** 225. Domi ſt **B**. domi eſt *reliqui* metuo mihi **R** *Prol. Trin. p.* CLXXII. metuo *cum rasura* **B**. metuo *reliqui* nec quoiquam **B**. nec cuiquam *reliqui*. neque ego quoiquam *Bothius*. nec quoiquam homini **R** *olim* ſubplico **D** 226. hoc *om*. *Hermannus: vide Prol. Trin. p.* CCCXXVII. pectuſ pectuſ **C** 227. abintro **C** dicito **BCD**. dicito nunc **FZ**: *unde* nuncia *Scaliger* 228. muesilochum **D**. hu *e corr.* **B** 229. negocium **FZ** ad me hoc **R**. hoc ad me *libri* adtinet aurarium. **CD**. attinet aurarium. **BFZ**: *defensum Prol. Trin. p.* CLXXXIV. attinet. aurariam, *Hermannus* 230. Philippos tulimus **R**. philippoſ attulimuſ *libri, nisi quod* philippeoſ **F**. Philippum attulimuſ *Bothius* 231. Epheso quos *iungebat Gulielmus misc. qu. c. 3. p. 320* hoſpeſ *e corr.* **B**. oſpeſ **D** 232. machimam **B** 233. Vt aurum **R**. Vnde aurum *libri*. *Nisi dedit poeta* Vt amicam herili **Cc** 234. Sed **BDFZ**. ſ **C**, *quod nihil est nisi ipsum* ſed: *unde tamen* st *Gruterus*

## NICOBVLVS. CHRYSALVS.

NICOBVLVS.

Ibo ín Piraeum: uísam, ecquaenam aduénerit
In pórtum ex Epheso náuis mercatória.
Nam méus formidat ánimus, nostrum tám diu
Ibi désidere néque redire fílium.

CHRYSALVS.

Extéxam ego illum púlcre iam, si dí uolunt.
Hau dórmitandumst: ópus est chryso Chrýsalo.
Adíbo hunc, quem quidem égo hódie faciam hic árietem
Phrixi: íta detondebo aúro usque ad uiuám cutem.
Seruós salutat Nícobulum Chrýsalus.

NICOBVLVS.

Pro di ímmortales, Chrýsale, ubi mist fílius?

---

*Act. II. Scen. 3.* NICOBALVS SENEX. CHRISALVS SERVVS. **B**. *om.* **CDa**. NICOBOL. S. CRIS. SER. **Db**. Nicoboluſ Senex. Chryſaluſ Seruuſ **FZ** 235. NICOBOLVS **B** pireum **BCD**. pireeum **Z**. pyreeum **F** ecquaenam *Hermannus*. et quae **C**. ecquae *reliqui* 238. deſidem **Z** 239. pulchre *libri*, h *e corr.* **B**: *quippe et hic et alibi* k *pro* h *fuerat a pr. m., cf. Prol. Trin. p.* XI. dii **FZ** 240. Hau **B**. haud *libri* dormitandum ſt **B**. dormitaudum eſt *reliqui* chryſo **CFZ**. chriſo **D** *et, nisi quod* h *e corr.*, **B**. χρυσῷ *Bothius* chryſalo **CF**, *Pius*. ckriſalo, *sed* a *e corr.*, **B**. chriſali **Da**. chriſalo **Dc**. chryſale **Z** 241. ego *om. Hermannus* 242. Phryxi: ita detondebo *Hieron. Grosslotius in marg. Dous.* phrixi itaque toudebo **F**. phryxi itaque tondebo **Z**. phrixitaque (*vel* phrix itaque) tondebo **BCD**. Phrixi: ita toudebo *Bothius* 243. ſeruuſ *libri* ſalutet **Ca** nicobolum **BD FZ** ckriſalum **B** 244. pro[h] **Dc** inmortaleſ, *non* imm., **C** chriſale (h *e corr.*) **B** mihi ſt **B**. mihi eſt *reliqui*

CHRYSALVS.

Quin tú salutem prímum reddis, quám dedi?

NICOBVLVS.

Salué. set ubinamst Mnésilochus?

CHRYSALVS.

Viuít, ualet.

NICOBVLVS.

Venítne?

CHRYSALVS.

Venit.

NICOBVLVS.

Eúax, aspersísti aquam.

Benene úsque ualuit?

CHRYSALVS.

Páncratice atque athlétice.

NICOBVLVS.

Quid hóc, qua causa eum ⟨hínc⟩ in Ephesum míseram?
Accépitne aurum ab hóspite Archidémide?

CHRYSALVS.

Heu, cór mi et cerebrum, Nícobule, fíuditur,
Istíus hominis úbi fit quomque méntio.

---

i
245. quantu ***D*** salutem primum *Bothius.* primum ſalutem *libri, cum rasura inter utramque vocem* ***B****. Vide Prol. Trin. p.* ccxxi. 246. ubinam ſt ***B***. ubiuam eſt *reliqui* mneſilockuſ ***B***. mneſilochiſ ***C***. mneſiloguſ ***D*** ubi Mnesilochus nam est *Bothius: cf. Prol. Trin. p.* ccxii. 247. euax aſperſiſti aquam fili nuntio *e Bacchidibus affert Charisius p. 213* aſherſiſti ***Z***. aſper-xiſti ***F*** 248. uſquam ***Z*** paneratice ***F***. paucratie ***Z*** ad-letice ***D*** 249. hinc *Camerarius. om. libri* 250. hoſpide ***C***. oſpide ***Da***. oſpite ***Dc*** 251. heu ***FZ***. eu ***BCD*** crebrum ***Z*** nichobole ***Z***. nicobole *reliqui* 252. quomque *Lambinus:*

Tun' hóspitem illum nóminas hostém tuum?

NICOBVLVS.

Quid ita, óbsecro, hercle?

CHRYSALVS.

Quía edepol certó scio,
Volcánus, Luna, Sól, Dies, dei quáttuor,
Sceléstiorem núllum inluxere álterum.

NICOBVLVS.

Quamne 'Archidemidem? hém.

CHRYSALVS.

Quam, inquam, Archidémidem.

NICOBVLVS.

Quid fécit?

CHRYSALVS.

Quid non fécit? quin tu id mé rogas?
Primúmdum infitias íre coepit fílio:
Negáre se debére tibi trióbulum.
Contínuo ibi antiquom hóspitem nostrúm sibi

---

*cf. Prol. Trin. p.* XCIV. quaque *libri* 253. tum **D**. tu **Z** oſpitem **D** 254. hercle *infra versum* **Da**. ercle **B** certo **B**. certe *reliqui* 255. uulcanuſ *libri* Luna Sol Dies *Guyetus*, **R** *Prol. Trin. p.* CCXXXI. ſol luna dieſ *libri*. Sol, Luna et Dies *Camerarius* dei **B** *(sed e corr.)* **DbFZ**. diei **CDa**. diui *Bothius*. di *Hermannus* quatuor **BDF** 256. ſceleſtiarẽ **Da** nullum *om.* **Da**, *sup. scr.* **Dc** inluxure (e *sup. scr.*) **B**. illuxere *reliqui* 257. Quam ne **B**. Quam ni **CDa**. Quemne **DbFZ** archidemidem]h *e corr.* **B** hem *Hermannus*, **R** *Proleg. Trin. p.* CCLXXXIV. *om. libri* quam iuquam **BCDa**, *codd. Pyladis*. quem inquam **DbF**. quem inquam me **Z** arckidemidem **B** 258. NIC. *om.* **CZ**, *non deleto proximo* CHR. rogiſ **Z** 259. NIC. *praemittit* **C** Primundum **F** inficiaſ **FZ** cepit **BCDF** 260. tibi obolum **Z** 261. ibi antiquom *Hermannus:* antiquum ibi *Camerarius*. antiquum *libri*. anticuum *Schneiderus*

Mnesílochus aduocáuit, Pelagoném senem:
Eo praésente homini extémplo ostendit súmbolum,
Quem túte dederas ád eum ut ferret fílio.

NICOBVLVS.

Quid, úbi ei ostendit súmbolum?

CHRYSALVS.

Infit dícere,
Adúlterinum, nón uerum esse súmbolum:
Quotque ínnocenti ei díxit contumélias.
† Adúlterare eum àibat rebus céteris.

NICOBVLVS.

Habétin aurum? id prímum mihi dicí uolo.

CHRYSALVS.

Postquám quidem praetor récuperatorés dedit,
Damnátus demum, uí coactus réddidit
Mille ét ducentos Phílippos.

NICOBVLVS.

Tantum débuit.

---

*Gramm. lat. I, p. 332* hoſpitum ***Da*** 262. Mneſilockuſ ***Ba***. mneſilochiſ ***C***. mneſiloguſ ***D*** pelagonem] *aliquid erasum inter* o *et* n ***B*** 263. preſente ***BF*** sumbolum ***R***: *v. Prol. Trin. p.* XCVI. ſymbolum ***BZ***. ſimbolum ***CDF***. *Et sic etiam v. 265. 266* 265. *post* Quid *rasuram* ***B*** inſit ***Z*** 266. non uerum *Guyetus.* et non eum *libri* 267. quodque ***C*** ei *om. Bothius* 268. eum *libri.* etiam *cum Bothio Hermannus* aibat *Guyetus.* aiebat ***BDF***. alebat ***C***. agebat ***Z*** caeteriſ ***BC***. exteriſ ***Z*** 269. Habetin ***F***. Habet in ***CZ***. Kabet in ***B***. Hab&in ***D***. Habetne *Dousa ms.* primum mihi *Bothius:* mihi primum *Pylades.* mihi *sine* primum *libri* 270. Postquam quidem] Nam postquam *Bentleius in Adelph. III, 4, 44* pretor ***BCDbF***. precor ***Da*** 271. damnatuſ (p) ***Da*** demum ***BDcFZ***. deociũ ***C***. de otium ***Da*** 272. Mille et ducentos Philippos ***R*** *coll. v. 230.* ducentoſ et mille philippum *libri: item Bentleius in Adelph. III, 4, 44.* Mille et ducentos Philippum *Pareus ed. tert.* Philippum mille et ducentos

CHRYSALVS.

Porro étiam ausculta púgnam, quam uoluít dare.

NICOBVLVS.

Etiám quid porro? hem, áccipitrina haec núnc erit.
Decéptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi.

CHRYSALVS.

Quin tu aúdi.

NICOBVLVS.

Hem, auidi ingénium haut pernoram hóspitis.

CHRYSALVS.

Postquam aúrum abstulimus ⟨démum⟩ in nauem inscéndimus,
Domí cupientes. fórte ut adsedi ín stega,
Dum círcumspecto me, átque ego lembum cónspicor
Longum ábs tricone málefico exornárier.

---

*Guyetus.* Ducentos mille Philippum *Hermannus* 273. etiam] et **Z** *post* auſculta *rasuram* **D** 274. Etiam quid *Hermannus.* Etiamneſt? quid **B**. Etiamne eſt quid *reliqui* hem . . . erit, *quae* Chrysalo *libri tribuunt,* Nicobulo *continuavit Hermannus* em **B** accipitrina *Hermannus.* accipe trina **BCDF**. accipe trine **Z** 275. Autolyco *Camerarius:* autolico **D**, *Scutarius.* auiolico **C**. auioloco **B**. a uilico **F**. aurilego **Z** 276. NI.] NICOBALVS **B**, *qui solet* NICOB. hem **R**. immo *libri.* enim *Bothius* auidi ingenium *Bothius.* ingenium auidi **BDF**. ingenii auidi **C**. ingenium audi **Z** haut **Ba**. haud *reliqui* hoſpitiſ *etiam* **B** 277. Postquam] t *e corr.* **B** demum, in nauem inscendimus **R**. in nauem conſcendimuſ *libri, nisi quod* conſeudimuſ **Z**. inde, nauem conscendimus *Bothius.* atque in nauem escendimus *Hermannus. Fortasse tamen dedit poeta* Posteaquam abstulimus aurum, in nauem inscendimus 278. Domi **R** *Prol. Trin. p.* CCCXXIII. domum *libri* forte ego ut in iſtega conſederam (*vel* ut iſtega conſedi) *e Plauti* 'Criſalo' *affert Fulgentius p. 564 M.* XVII *L.: de quo vide Parerg. I, p. 163* geſta *'codex Romanus' Longolii* 279. circumspecto me **R** *coll. Trin. 146. 863.* circum ſpecto *libri.* circumspecto ibi *Hermannus* adque **B** 280. Longum abs tricone malefico **R**. Longum ſt rigorem maleficum **B**, *et, nisi quod* eſt *pro* ſt, *reliqui.*

NICOBVLVS.

Perii hércle: lembus ílle mihi laedít latus.

CHRYSALVS.

Is erát communis cum hóspite et praedónibus.

NICOBVLVS.

Adeón me fuisse fúngum, ut qui illi créderem:
Quom mi ípsum nomen éius Archidémidis
Clamáret dempturum ésse, si quid créderem.

CHRYSALVS.

Is nóstrae naui lémbus insidiás dabat.
Occépi ego obseruáre eos, quam rém gerant.
Intérea e portu nóstra nauis sóluitur.
Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi:
Neque aués, neque uenti cítius. quoniam séntio
Quae rés gereretur, náuem extemplo státuimus.
Quoniám uident nos stáre, occeperúnt ratem
Seruáre in portu.

---

Longum, strigonem, maleficum *Salmasius, Muretus Var. lect. XII, 19.* Longum a strigore malefico *vel* Longum, strigorem maleficum *Dacerius in Festum v.* strigores *p. 684 Lind.* Longum eſt triconem maleficum *Acidalius transponens hunc versum post 268.* Longum, strigore maleficum *Hermannus praef. p. VII* ex ornarier ***B***. '*alias* exnarrier'*: Longolius* 281. ercle ***B***. *om.* ***Z*** ilie ***Ba*** ledit *omnes* 282. predonibuſ ***BF*** 283. me fuisse] me ẽẽ fuiſſe ***CD*** crederem *om.* ***C***. credere ***Da*** 284. Qum ***B***. cum *reliqui* archidemidiſ] dem *e corr.* ***B*** 285. dempturuſ ***Da***. adempturum ***Z*** quod ***DbFZ*** 286. nostrae naui lembus *Pylades.* lembuſ noſtrae naui *libri, nisi quod* noſtri ***Z*** 287. accepi ***Z***. hoc coepi ***C*** *post* obſeruare *rasuram* ***B*** quamnam rem *Hermannus* 289. exiimus *Camerarius* remigio] remulco ***Z*** 290. quoniam ***Z***. qm̃ ***BCD***. quom ***F*** 291. gerentur ***Z*** Quoniam *Pylades.* qm̃ ***CD***. Qum ***B***. quom ***F***. qũo ***Z*** 293. Seruare in portu ***B***. Turbare in portu *libri, defensum a Rostio Opusc. I, p. 113.* Urbare (*h. e.* urnare) in portum

NICOBVLVS.

Édepol mortalís malos.
Quid dénique agitis?

CHRYSALVS.

Rúrsum in portum récipimus.

NICOBVLVS.

Sapiénter factum a uóbis. quid illi póstea?

CHRYSALVS.

Reuórsionem ad térram faciunt uésperi.

NICOBVLVS.

Aurum hércle auferre uóluere: ei rei operám dabant.

CHRYSALVS.

Non mé fefellit, sénsi: eo exanimús fui.
Quoniám uidemus aúro insidias fíeri,
Capimús consilium cóntinuo hoc: postrídie
Auférimus aurum omne íllim illis praeséntibus,
Palam átque aperte, ut ílli id factum scíscerent.

NICOBVLVS.

Scite, hércle. cedo, quid ílli?

---

*Salmasius.* Turbare in ponto *Acidalius.* Inhibere in portu *Gronovius.* Turbare inportune *Bothius* Hem, edepol *Hermannus.* heu edepol *Camerarius* mortaliſ *omnes* 294. portu ***F*** 295. *post factum rasuram* ***B*** nobiſ ***Z*** qui ***Da*** 296. reuerſionem ***DaFZ*** ad terram] alteram ***Da**, cod. Scaligeri* 297. ercle ***BCD*** dabant *om.* ***C*** 298. ſenſi ***C*** exanimuſ *Bothius.* exanimatuſ *libri* (ex animatuſ ***B***) 299. CHRIS. *praemittit* ***Da**, delevit* ***Db*** Quoniam *ut v. 290. 292. 304.* Qum ***B***. quõ ***C***. quom ***F***. cum ***Z*** uidemus *Gruterus.* uidimuſ *libri* 300. Consilium capimus *Hermannus* hoc *Hermannus. om. libri* poſ[t]ridie ***B***. poſt tridie ***C*** 301. aurum *libri.* inde aurum *Camerarius* illim illis ***R***. illiſ *libri.* illis ibi *Hermannus* preſentibuſ ***BCDF*** 302. ſcirent ***Ba*** 303. Scite] ſic ite ***C*** ercle ***B***. crede [ercle] ***D*** cedo *om.* ***Z***

CHRYSALVS.

Tristes ílico,
Quoniam éxtemplo a portu íre nos cum auró uident,
Subdúcunt lembum cápitibus cassántibus.
Nos ăput Theotimum omne aúrum deposíuimus,
Qui illíc sacerdos ést Dianae Éphesiae.

— ◡ — ◡

NICOBVLVS.

Qui istíc Theotimust?

CHRYSALVS.

Mégalobuzi fílius,
Qui núnc in Ephesost Éphesiis caríssumus.

NICOBVLVS.

Ne ille hércle mihi sit múlto tanto cárior,
Si me ílloc auro tánto circumdúxerit.

---

304. Quoniam ***R***. Qum ***B***. qm̃ ***C***. qvm ***D***^a, qvm^d ***D***^c. quom ***F***, *Scioppius, Susp. lect. V, 15*. cum ***Z*** *post* Qum *magnam lacunam radendo ortam* ***B*** 305. cassautibus ***R*** *ut Mil. 852. 856*. casantibus *Lambinus*. quaſſantibuſ *libri, Servius in Georg. I, 74*

306. apud] ad *Hermannus* theothimum ***BCD***: *et sic constanter*. teothimum ***F*** omue || Omne ***D*** *in fine et ab initio* deposiuimus *Acidalius, Scioppius l. s. s.* depoſuimuſ *libri* 307. diane ***BCDF***. Dianai *commendabat Camerarius. Vide Prol. Trin. p. CCIV*. *Totum versum sic Hermannus formavit:* Illic sacerdos qui Dianae est Ephesiae. *Insequenti postposuit Bothius* effihoeſie, ***D***. et thireſie ***F*** 308. Quis *Hermannus* theothimuſ eſt ***BCDF*** Megalobyzi *Hemsterhusius in Lucian. I, p. 135, R Parerg. I, p. 410:* Megalobuzi *Meursius*. Megabyzi *Pius*, *Turnebus Advers. XVIII, 31*. megalobuli ***BCDF***. megaloboli ***Z***. *Μεγάβυζος fuit apud Menandrum* 309. epheſo ſt ***B***. epheſo eſt *reliqui* epheſiiſ]ii *e corr. post ras.* ***B*** kariſſimuſ ***B***. cariſſimuſ *reliqui*

310. ercle ***BCD*** multo]mu *e corr.* ***B*** 311. me illoc *Pylades*. me illo *libri*. is illo me *Hermannus* circunduxerit ***F***.

CHRYSALVS.

Quin ín eapse aede dĕae Dianae cónditumst:
Ibidém publicitus séruant.

NICOBVLVS.

Occidístis me:
Nimio íd priuatim séruaretur réctius.
Set nílne huc attulístis inde aurí domum?

CHRYSALVS.

Immo étiam: uerum quántum attulerit néscio.

NICOBVLVS.

Quid? néscis?

CHRYSALVS.

Quia Mnesílochus noctu cláneulum
Deuénit ad Theotímum: nec mihi crédere
Nec quoíquam in naui uóluit. eo ego néscio,
Quantum íllim attulerit: uérum haut permultum áttulit.

NICOBVLVS.

Etiám dimidium cénses?

CHRYSALVS.

Non edepól scio:

---

circumduxeriſ[t] ***D*** 312. in eapſe ***R***. in ipſa *libri*. ipsa in *Hermannus* aede deae Dianae *Hermannus*. ede dianae ***B***. ede diane ***CDF***. ęde diantę ***Z***. aede Dianai *Goellerus in Trinumm. 358* conditum ſt ***B***. conditum eſt *reliqui* in aede Dianae publicitus aurum ſeruant *hinc memoriter affert Charisius p. 190* 314. id ***R***. hic *libri. Nisi delendum est* hic *ut e v. proximo invectum* 315. nilne huc *Hermannus*. nihilne ***BCF***. nichilne ***D***. nihil nam ***Z***. uos nihilne *Pylades* 317. Qui nescis? *Bothius* mneſiloguſ ***D*** 319. cuiquam *omnes* 320. Quantum illim *Bothius*. Quantulum *libri*. Quantillum *Pylades, Bentleius in Heaut. IV, 2, 1.* Quantum ille *Hermannus* adtulerit ***D*** haud *omnes, etiam v. 322* 321. noedepol ***Ba***. no[n]edepol ***Bc***

Verum haút opinor.

NICOBVLVS.

Fértne partem tértiam?

CHRYSALVS.

Non hércle opinor: uérum uerum néscio.
Profécto de auro níl scio, nisi néscio.
Nunc tíbimet illuc náui capiundúmst iter,
Vt illút reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu.

NICOBVLVS.

Quid uis?

CHRYSALVS.

'Anulum gnatí tui
Facito út memineris férre.

NICOBVLVS.

Quid opust áulo?

CHRYSALVS.

Quia sígnum id cum Theotímost, qui eum illi ádferet,
Ei aúrum ut reddat.

NICOBVLVS.

Mémmero, et recté mones.
Set istíc Theotimus díuesnest?

---

323. Non *om.* **C** ercle **BCD** uerum uerum] uerum **Z** 325. Nunc **BC**. Nec **D**. Ne **F**. Nę **Z** tibimet] m *e corr.* **B** capiundum ſt **B**. capiundum eſt **CDZ**. capiendum eſt **F** 326. theothimum **C** quod **D** 328. opuſt **B**. opuſ **C**. opuſ eſt **FZ** 329. Quia signum id cum Theotimost **R**. Quia[id]ſignum ſt cum theothimo **B** (id *ead. m.*). quia id ſignum eſt cum theotimo *reliqui, nisi quod* teothimo (*ut aliquoties*) **F** afferet *Camerarius.* adferret **B**. adfert **CD**. affert **FZ** 330. NIC. *praemittit* **D** et *om. Bothius* 331. istic Theotimus diuesne est *Bothius,* **R** *Prol. Trin p.* CCXIII. diueſne eſt iſtic theotimuſ *libri, nisi quod* diueſ[ne] **D**, theothimuſ **B**, teothimuſ **F**. diuesne iste est

CHRYSALVS.

Etiám rogas?
Quin' aúro soccis hábeat suppactúm solum?

NICOBVLVS.

Quor íta fastidit?

CHRYSALVS.

Tántas diuitiás habet:
Nescít quid faciat aúro.

NICOBVLVS.

Mihi duít uelim.
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datumst?

CHRYSALVS.

Populó praesente: núllust Ephesi, quín sciat.

NICOBVLVS.

Istúc sapienter sáltem fecit fílius,
Quom díuiti homini id aúrum seruandúm dedit.
Ab eó licebit quámuis subito súmere.

CHRYSALVS.

Immo én tantisper númquam te morábitur,
Quin hábeas illut quó die illuc uéneris.

---

Th. *Hermannus* 332. Quin' auro soccis habeat ***R***. Qui auro habeat ſocciſ *libri*. Qui soccis habeat auro *Pylades*. Qui auro sibi habeat soccis *Hermannus*. Quine *praeivit Bothius* ſuppactum ***B***. ſubpactum ***CDb***. ſubpectum ***Da***. ſubpictum ***FZ*** 333. Quor ***F***. Qur ***B***. Cur ***CDZ*** 334. quid ***BFZ***. qui ***C***. qui[d] ***D*** auro] auro aliquid ***C***. *adscriptum fuit* aliquid *proximis Nicobuli verbis* duit *Hermannus*. dederit *libri* 335. preſente *vel* p̃ſente ***BCDF*** datuu ſt ***B***. datum eſt *reliqui* 336. preſente ***BF*** nulluſt ***B***. nulluſ eſt *reliqui* effeſi ***BCD*** ſicat ***C*** 337. fec̃ ***C*** 338. quom ***F***. cum *reliqui* 340. en ***R***. hem *libri*. enim *Bothius* te morabitur ***BCD***. remorabitur ***FZ*** 341. illud] d *e corr*. ***B***. illum ***C*** quo die

NICOBVLVS.

Censébam me effugísse [a] uita márituma,
Ne náuigarem tándem hoc aetatís senex.
Id iám mi, utrum uelim, haút licere intéllego:
Ita béllus hospes fécit Archidémides.
Vbi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS.

Deos átque amicos ít salutatum ád forum.

NICOBVLVS.

At ego hínc eo ad illum, ut cónuenam, quantúm potest.

CHRYSALVS.

Illést oneratus récte et plus iustó uehit.
Exórsa haec tela nón male omninó mihist,
Vt amántem erilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum uellet, súmeret,
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere:

***BCD***, *codd. Pyladis.* quom ***FZ*** 342. *post* me *rasuram* ***B*** effugiſſe] ef *e corr.* ***B*** maritima ***Z*** 344. Id iam mi, utrum uelim, haut ***B*** *Prol. Trin. p.* CCXVIII. Id mihi aut utrum uerim, (*sed in mrg. ead. m. additis* al. haud utrum uelim licere) ***B***. id mihi haud utrum uelim ***CDF***. id mihi haud ut uelim ***Z*** intelligo ***Z*** 345. oſpeſ ***D***. [+]oſpeſ ***C*** 346. mneſelochuſ ***D***. mneſclochuſ ***C*** 347. it *cum Bothio Fleckeisenus Exerc. p. 8.* iit *m. ant.* ***B***. iit *reliqui* 348. hínc eo ád illum ***B***. hinc ad illum *libri* conueuam *Bothius ut v. 144.* conueniam *libri. Cf. tamen Prol. Trin. p.* CCXI. 349. Ille eſt *libri* honeratuſ ***D***. *Post eam vocem magna lacuna est in* ***B***, *orta radendo* iuſto˅ ***D*** *et in marg.* ſ̆ecum 350. omnino mihi eſt ***BDF***. omni. ñ mihi eſt ***C*** (*ut* omni *sit in fine versus*). eſt omnino mihi ***Z*** 351. copem *Scutarius.* quopem ***BD***. quiopem ***C***. inopem ***F***. ope (*et iunctim quidem* opefacerem) ***Z***. compotem *codd. quidam Pii, item codd. Pyladis.* al. ut amanti erili opẽ facerẽ filio ***B*** *mrg. ead. m., quanquam colore paullo pallidiore: ubi* copiam *pro* opem *proponebat Camerarius* 352. aurum ***Z*** 354. hinc *Camerarius.*

Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum.
Si quidem híc relinquet, néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Set quíd futurumst, quom hóc senex rescíuerit?
Quom se éxcucurrisse ílluc frustra sciuerit,
Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea?
Credo hércle aduenienś nómen mutabít mihi
Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit.
Si eró reprehensus, mácto illum infortúnio:
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist.
Nunc íbo: erili fílio hanc fabricám dabo
Super aúro amicaque eíus inuenta Bácchide.

---

*om. libri* ibi taurum ***D***. ibi aurum ***Z*** arceſſere ***DZ***. arceſere ***BC***. accerſcre ***F*** 355. etaſ ***CDF*** malaeum ***C***. malachum ***Z*** 356. hic *om. Hermannus: vide Prol. Trin. p. cccxvii.* relinquit ***Z*** nec ***Z*** 357. Med et ***B***. Medet ***CD***. Me det ***Ea***. Me et ***FZ*** 358. futurum ſt ***B***. futurum eſt *reliqui* quom ***F***. cum *reliqui* 359. quom ***FZ***. cum *reliqui* excuriſſe ***Z***. excu(cu)rriſſe ***D*** 360. abusos? quid *vulgo* mihi] me *Bothius* 361. ercle ***BD***: *item v. 363* 362. criſalo ***BCD***. Chruſalo *vel potius* Cruſalo *olim scriptum fuisse significari Prol. Trin. p. cccxxv.* 364. reprenſuſ ***Z*** macto *Bothius*. macto ego ***BCD***. matto ego ***F***. iu acto ego ***Z*** 365. uirge ***CDF*** aut ***F*** domi ſt ***BDF***. domi eſt ***CZ*** 366. filio ***FZ***. filio eiuſ ***BCD***, *lineola per* eiuſ *ducta in* ***B*** auroque amica ***F*** amicaque] que *e corr.* ***B***

## L Y D V S.

Pándite, atque aperíte propere iánuam hanc Orci, óbsecro.
Nam équidem haut aliter ésse duco: quíppe quo nemo áduenit,
Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet.
Bácchides non Bácchides, sed Bácchae sunt acérrumae.
'Apage istas a mé sorores, quae hóminum sorbent sánguinem.
'Omnis ad perníciem instructa dómus ópime atque ópiparest:
Quaé ut aspexi, mé continuo cóntuli protinam ín pedes.
Égone ut haec conclúsa gestem cláneulum? ut celém patrem,
Pístoclere, túa flagitia aut dámna aut desidiábula?
[Quíbus patrem et me téque amicosque ómnis affectás tuos

---

*pro* PIST. *per totam scenam* MNES. *habere* ***CDa*** *solent* queritaſ *omnes* 588. utramne *Bothius.* utram ***BCDZ.*** utran ***F*** 589. cleomatuſ ***F*** 590. philipp•oſ *c. ras.* ***B*** 691. '*pro* elatia *scriptum est* ilecia': *Pius* ſemul ***CDaF.*** ſemel ***B.*** ſimul ***DcZ*** 592. id ***Z*** negat se ***B.*** negato eſſe *libri.* negat esse *Acidalius.* negato *Hermannus* PI. *om.* ***C.*** PA. ***Da*** 593. edibuſ ***BCF*** 595. Ne tibi pol *Fleckeisenus Philol. II, p. 85: cf. Mil. glor. 1270.* Ne tibi hercle *libri, etiam Bentleius in Heaut. IV, 2, 1, et nuper Hermannus Philologi III, p. 467: vide tamen Prol. Trin. p.* CXXVII. Tibi hercle *Hermannus in editione* os ab infortuniost *Fleckeisenus.* eſt oſ ab infortunio *libri, nisi quod* eſ tu *pro* eſt oſ ***Dc,*** infortuno ***D*** 596. denti frangibula ***B***

PARASITVS.

Quom ego húius uerba intérpretor, mihi caútiost,
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis.
Tuo égo istaec igitur dícam illi periculo.

PISTOCLERVS.

Quid ăis tu?

PARASITVS.

Ego istuc ílli dicam.

PISTOCLERVS.

Díc mihi,
Quis tu és?

PARASITVS.

Illius sum íntegumentum córporis.

PISTOCLERVS.

Nequam ésse oportet, quoí tam integumentum ínprobumst.

PARASITVS.

Sufflátus ille huc uéniet.

PISTOCLERVS.

Dirrumptúm uelim.

---

597. Quom ***F***. Cum *retiqui* interpretor] *mediam* r *litteram e corr.* ***BD*** cautio ſt ***BC***. cautio eſt *reliqui* 598. nuci fraugibula ***B*** excuſſerit ***F*** ex *om.* ***DaFZ***, *add.* ***Db***

600. Pi. dic] Pi. *om.* ***CDa***. *item v. 602* integimeutum ***BC***. integimontum ***D*** 602. cui *libri* tam integumentum improbum est *Bothius.* tu integumeutum improbuſ (inpr. ***BC***) eſ *libri.* tu integimentum improbum es *Lambinus.* tu integnmentum sies *Hermannus* Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est *Turnebus Advers.* XXIV, *11: atque* scutum: iutegumentum improbust *Scaliger quoque in suo cod. esse testatur* 603. Pa. *om.* ***C***: *item v. 604. 605 personarum notas omnes* Pi. *om.* ***CD*** dirrumptum ***BCD***. diruptum ***FZ***. *cf. Prol. Trin. p.* CII.

PARASITVS.

Num quid uis?

PISTOCLERVS.

Abeas: céleriter factóst opus.

PARASITVS.

Vale, déntifrangibule.

PISTOCLERVS.

Ét tu, integumentúm, uale.
In eum haéc reuenit rés locum ut, quid cónsili
Dem mĕo sodali súper amica, nésciam:
Qui irátus renumeráuit omne aurúm patri,
Neque númmus ullust quí reddatur míliti.
Set húc concedam: nám concrepuerúnt fores.
Mnesílochus eccum maéstus progreditúr foras.

---

604. Numquid ***DZ***. Nunc quid ***BCF***, *sed* nc *e corr.* ***C*** abeas celeriter *iungebatur ante Hermannum* facto ſt ***BCDF***.
de
facto eſt ***Z*** 605. Valenti frangibule ***D*** intagumentum ***Ca***. intugumeutum ***Cb*** 606. eum haec *Bothius*. eum nunc haec *libri*.
secum
eum nunc haec ***Db***. eum *Guyetus* qui ***DaF*** conſilii *libri*
607. dem meo] deo ***Z*** 608. ratuſ ***F*** remunerauit ***Z*** 609. ulluſt ***BCD***. ulluſ ***FZ*** 610. crepuerunt ***Z*** 611. meſtuſ ***BCDF***. moleſtuſ ***Z*** pergreditur ***Z***

## MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.

### Mnesilochvs.

Pétulans, proteruo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
Síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honore,
'Incredibilis ímposque animi, ínamabilis, inlépidus uiuo,

---

*Act. IV. Scen. 3.* MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES ***B***. *om.* ***CDa***. MNESILOCHVS ***Db***. Mneſilochuſ. Piſtocleruſ ***FZ*** (*nisi quod* c *pro* ch ***Z***) *Miris modis depravatam scenam cum secundum vulgatam versuum distributionem, quae Camerarium auctorem habet, inde a v. 626 nos olim trochaicis numeris descripsissemus, contra iambicis septenariis Hermannus nuper: ut in tanta opinionum fluctuatione certiore fundamento niteremur, nunc ab ea versuum descriptione profecti sumus quam* ***B*** *servavit. Quam dum tenemus quantum fieri potuit, trochaici prodierunt post tres octonarios continui septenarii undecim. Quoniam autem cum in hac parte tum in eis qui praecedunt creticis bacchiacisque sine aliqua audentia (quanquam haudquaquam maiore quam qua Hermanno opus fuit) ad instaurandam concinnitatem Plauto non indignam nihil profici potuit: ut et satis certo de* ***B*** *constaret et uno oculorum contutu tralaticia species huius cantici comprehendi posset, ipsius* ***B*** *exemptum integrum infra posuimus, reliquorum autem codicum non a nostro exemplo, sed a* ***B*** *discrepantias commemoravimus. Ceterum a* ***B*** *facile apparebit eis potissimum locis discedendum fuisse, in quibus aut glossematis cum poetae verbis glutinatis aut partibus quibusdam vel traiectis perperam vel incuria omissis pristinus ordiendorum terminandorumque versuum ordo turbatus esset: quarum caussarum eadem hic vis fuit atque in Trinummi canticis illis quorum exempla Prolegomenon cap.* XVIII. *proposuimus.*

Petulanſ propteruo iracundo animo indomito incogitato
Sine modo et modeſtia ſum ſine bono iure atque honore
Incredibileſ impoſque animi inamabiliſ inlepiduſ uiuo

*De v.* 612—614 *vide Hermannum Elem. d. metr. p. 92, Prol. Trin. p.* CXCIII. 612. Mnes. etulanſ ***C***. Pectulanſ ***D*** proteruo ***FZ*** 613. honore] iure honore ***D***. more *Acidalius* 614. incredibiliſ ***CDFZ*** impoſquae ***C***. impoſ quem ***Da*** illepiduſ ***FZ***

Máleuolente ingénio natus. póstremo id mist quód uolo aliis.
Néquior némo quisquámst, neque indígnior
Quoi dí bene faciánt nec quem homo aút amet aut ádeat.
Inimícos quam amícos aéquomst med habére:
Malós quam bonós par magíst me iuuáre.
'Omnibus probris, quae ímprobis uiris

---

Maleuolente ingenio natuſ••• poſtremo id mihi eſt quod uolo
Ego eſſe aliiſ. credibile hoc eſt. nequior nemoſt
Neque indignior quoi di benefaciant neque quem quiſquam homo aut amet aut adeat.
Inimicoſ quam amicoſ equu ſt me habere.
Maloſ quam bonoſ par magiſ me iuuare.
Omnibuſ probris quae improbriſ uiriſ

615. ingenio] genio *Pius, Meursius, Palmerius, Gronovius Lect. Plaut. p. 177* *post* natuſ *lacunam e rasura* **B**: *item v. 622. 623. 638* uolo **BCFZ**. uolo **D**, *recens manus in* **B**, *'vetus lectio' Pii, Wolffius de canticis p. 38* ego eſſe *delevit Hermannus: et habet haec* ego eſſe .... nemoſt **C** *in margine tantum.* eſſe *om.* **Z** *Quae sequuntur* credibile hoc eſt (*pro quibus* incredibile: hoc **F** *construens cum superioribus,* incredibile hoc **Z**) *in v. 623 transposui non propter metrum, sed sententia exigente* 616. nemo eſt **FZ** 617. quoi dii **Z**. cui dii **F**. quodi **C**. qu$\overset{o}{i}$di **D** quiſpiam **F**. quiſque **Z** *Ceterum hos vv. sic olim Hermannus Elem. p. 220 disponebat:*

Incrédibiliór, nequiór nemo núnc est,
Neque índignus, quoi di
Benefáciant, neque quém quisquam h. a. a. a. a.:

*ad hoc autem exemptum nuper descripsit:*

Incrédibile hoc ést: nequiór nemo est quoi di
Benefáciant n. q. q. h. a. a. a. a.

618. aequomst med *Hermannus olim:* aequom me est *idem nuper.* equiūſt me **D**. equiuſt me **C**. èquum eſt me **F**. aequum eſt me **Z** 619. par magiſ] permagiſ **DaFZ**. *Vide Prol. Trin. p. cx* 620. probiſ **Z** que **C**. quam **FZ** improbriſ **CD**. improbiſ **FZ**

Dígna sunt, dígnior núllus est homo,
Quí patri réddidi quód fuit praé manu.
Crédibile hoc quoípiamst? súmne ego améns homo?
Quí misere pérdidi me átque operam Chrýsali.

PISTOCLERVS.

Consólandus híc nunc mihist: ad eum adíbo.
Heús Mnesiloche, quíd fit?

MNESILOCHVS.

Perii.

PISTOCLERVS.

Dí meliora fáxint.

MNESILOCHVS.

Perii.

---

Digna ſunt dignior nulluſ eſt homo
Qui patri reddi[di] omne aurum••• amanſ
Quod fuit prae manu. ſumne ego•••homo miſer.
624 Perdidi me atque operam chriſali.
Pi. Conſolanduſ hic mihiſt. ibo ad eum.
Mneſiloche quid fit? Mn. perii. Pi. di meliuſ faciant. Mn. perii.

621. digna ſunt *etiam* ***DF***, *codd. Pyladis.* digna ſ̃ ***C***. digna eſt ***Z***. dignuſt *'antiqua exemplaria' Pii* eſt] aeque est *nuper Hermannus* 622. *Sic Hermannus et glossemate* omne aurum *deleto, et* amanſ *vocabulo quod e proximo versu huc irrepsit* reddidi ***CDFZ*** manu ***C***. manuſ ***Da***. manuſ ***Dc***. manibuſ ***FZ*** 623. *Haec sic Hermannus:*

Súmne ego améns homo?
Hei miser, pérdidi me átque operam Chrýsali.

*Ego e dimetro tetrametrum effeci ascitis huc illis de quibus ad v. 615. Turbarum indices in* ***B*** *rasuras habes et lacunas. Post* miſer *ex 'ora libri N. Clerici' Lambinus addidit* Sumne ego nullius pretii? 625. *Hinc iambicorum suorum initium Hermannus fecit* Conſolanduſ] ſecum *sup. scr.* ***Db*** mihi eſt ***Z*** 626. dii ***FZ*** meliora faxint *Fleckeisenus Exerc. p. 19.* meliuſ faciant *libri*

PISTOCLERVS.

Nón taces, insípiens?

MNESILOCHVS.

Taceam?

PISTOCLERVS.

Sánus satis nunc nón es.

MNESILOCHVS.

Perii.

Múlta mala mi in péctore acria átque acerba núnc eueniunt.
Críminin fidém me habuisse? inmérito iratus fŭi tibi.

PISTOCLERVS.

Éia, habe bonum ánimum.

MNESILOCHVS.

Vnde habeam? plúris, quam ego sum, mórtuost.

PISTOCLERVS.

Mílitis parasítus huc modo, aúrum petere hinc, uénerat:
Éum ego meis dictís malis his fóribus atque hac [múliere]

Pi. Non taceſ inſipienſ. Mn. taceam. Pi. ſanuſ ſatiſ non eſ. Mn. perii.
Multa mala mihi in pectore nunc acria atque acerbęueniunt. [a.e]
629 Criminin me habuiſſe fidem? immerito tibi iratuſ fui.
Pi. Eiia bonum habe animum. Mn. unde habeam? mortuuſ pluriſ pretii eſt quam ego ſum.
Pi. Militiſ paraſituſ modo uenerat aurum petere hinc.
Eum ego meiſ dictiſ maliſ hiſ foribuſ atque hac

627. taceuſ ***Z*** *praestat fortasse* satine sanus nunc es? 628. acri ***CDF*** acerba eueniunt ***Z***. acerua eueniunt ***C***. acerbi eueniunt ***DF*** 629. crimiui in me ***F***. crimini me ***Z*** inmerito, *non* imm., ***BC*** iartuſ ***Z*** 630. Eia ***BbCDZ***. eya ***F*** mortuo [v] ***C*** pretiiſt ***D***. preci iſt ***CFZ*** 632. eum *sup. scr.* ***C*** meiſ] me hiſ ***Z*** hiſ ***CDcFX***. hic ***Z***. iſ ***Da*** atque hac reppuli ***C***. atque reppuli ***Da***. atque [ac] reppuli ***Db***. at-

Réppuli reiécique hominem.

MNESILOCHVS.

Quíd id autem prodést mihi?
Quíd faciam misér? nil habeo: illé quidem hanc abducét, scio.

PISTOCLERVS.

Pól si mihi sit, nón pollicear.

MNESILOCHVS.

Scío, dares: noui tuum,
Ét, nisi ames, nunc tíbi fidem habeam tántam [quantam máxumam].
Núnc agitas sat túte tuarum rérum, ego ut opem té mihi
Férre putem posse inopem.

PISTOCLERVS.

Tace modo: áliquis respiciét deus.

MNESILOCHVS.

Núgae.

---

Repuli reieci hominem. Mn. quid mihi id prodeſt?
634 Quid faciam? nihil habeo miſer, ille quidem hanc abducet ſcio.
Pi. Si mihi eſt non pollicear. Mn. ſcio dereſ. noui
Sed niſi ameſ non habeam tibi fidem tantam.
Nunc agitaſ ſat tute tuarum rerum.
Egone ut opem mihi ferre putem poſſe inopem te.
Pi. Tace modo. deuſ••• reſpiciet noſ aliquiſ. Mn. nuge.
Pi. Mane. Mn. quid eſt? Pi. tuam copiam eccam chriſalum uideo.

que repuli ***XZ***. reppuli atque ***F*** iauua *additum in* ***B*** *manu Camerarii* 633. reici ***Da*** id *sup. scr.* ***C*** 535. mihi sit *Camerarius*. mihiſt ***C***. michiſt ***D***. mihi eſt ***F***. mihi non eſt ***Z*** pollicear ***C***. polliceor ***DZ***. policeor ***F***. *Subaudi* sed dem dare ***Da***. dareſ ***CDbFZ*** 637. ſatrute ***CDa*** 638. poſſe] eẽ poſſe ***D*** Pi. *om.* ***Da*** deuſ ***C***. dſuſ ***Da***. dſuſ (*sic*) ***Db***. deuſ ſecunduſ ***FMZ*** reſpiciet] r *e corr.* ***B*** 639. nuge ***CDFZ*** Pi. mane] Pi. *om.* ***Da***

PISTOCLERVS.

Mane.

MNESILOCHVS.

Quid ést?

PISTOCLERVS.

Tuam copiam éccum uideo Chrýsalum.

---

## CHRYSALVS. MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.

CHRYSALVS.

Húnc hominem decet aúro expendi: huic státuam statui décet ex auro.
Nám duplum hodie fácinus feci, dúplicibus spoliís sum adfectus.
Ĕrum maiorem méum ita ego hodie lúsi lepide, ut lúdificatust.

---

*Act. IV. Scen. 4.* CHRISALVS SERVVS. MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES ***BFZ***, *nisi quod* Chryſ. *et* —lochuſ ***FZ***, aduleſcenteſ ***F***, adoleſcenſ ***Z***. *om.* ***CD*** 640. Nunc ***FZ*** huic] huc ***C*** statuam statui decet *Hermannus.* decet ſtatuam ſtatui *libri* 641. duplum *Brixius Quaest. p. 43.* duplex *libri* duplex feci hodie facinus *Hermannus* spoliis sum] ſpoliamuſum ***Da*** adfectuſ ***B***. affectuſ *reliqui* 642. Erum: *vide Prol. Trin. p.* CXLVII. Erum ego meum maiorem ut hodie *Bothius* ita ego ***B***. ut ego *libri* ludificatuſ eſt *libri* *Versuum* 643—669 *haec est in* ***B*** *species, a qua discrepantem reliquorum librorum memoriam notavi pari atque in superiore cantico ratione*

Cállidum senem cállidis dolis
Cómpuli et pérpuli, mi ómnia ut créderet.
Núnc amanti ero, fílio senis,
Quicum égo bibo, quicum édo et amo,
Régias cópias aúreasque óptuli,
'Vt domo súmeret neú foris quaéreret.
Nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
Quí duas, trís minas aúferunt eris.
Néquius níl quam egens cónsili séruos est,
Nísi is habet múltipotens péctus, [ut cópias,]
'Vbicumque usús siet, péctore promát suo.

---

Callidum ſenem callidiſ doliſ
Compuli et p̱•puli mihi omnia ut crederet.
Nunc amanti ero filio ſeniſ quicum ego bibo quicum edo et amo
Regiaſ copiaſ aureaſque optuli ut domo ſumeret neu foriſ quaereret.
Non mihi•••iſti placent parmenoneſ ſyri
Qui duaſ aut triſ minaſ auferunt eriſ.
Nequiuſ nihil eſt quam egenſ conſiliiſ ſeruuſ niſi habet
Multipotenſ pectuſ. ubicumque uſuſ ſiet pectore expromat ſuo.

*In disponendis versibus sicubi a* ***B*** *discedendum esset, tantum ab Hermanniano exemplo vel Elem. doctr. m. p.* ***220*** *sq. olim vel nuper in editione proposito sumpsi, quantum probandum esse nunc intellexissem* 643. calidiſ *codex Romanus Longolii* 644. pepuli ***BaZ***. perpuli ***BbCDF*** omnia] ama ***Da*** 645. senis] ſecuſ ***Z*** 646. *iambicos numeros mecum nuper Hermannus agnovit* 647. optuli ***BF***. obtuli ***CD***. attuli ***Z*** 648. quaereret] id quaereret ***C*** *ante ras.* 649. *post* mihi *lacunam e rasura* ***B*** placent iſti ***CDFZ*** ſiri ***D*** 650. tris *Hermannus.* aut triſ ***CD***. aut treſ ***FZ*** eris] suis eris *Hermannus acatalectum efficiens* 651. conſilii ***CFZ***. conſilio ***D*** 652. Nisi habeat *olim Hermannus, nuper duos hinc anapaesticos octonarios ordiens* multipatenſ *a correctrice manu rec.* ***B*** 653. ſiet ***CDZ***. ſit ***F*** suo *om.* ***CDFZ*** *(in fine versus)*

Núllus frugi ésse homo * * * potest,
Nisi qui ét bene facere et mále tenet.
'Improbus sit cum ímprobis,
Hárpaget cum fúribus,
Quód queat. uórsipellem ésse hominem cónuenit,
Péctus quoi sapit.
Bonús sit bonís,
Malús sit malís:
Vt quaécumque rés est, ita ánimum habeat [úsque.]
Sét lubet scíre quantum aúrum erus sibi
Démpsit et quíd suo réddidit patri.

---

Nulluſ frugi eſſe poteſt homo
Niſi[q]et bene et male facere tenet.
Improbiſ cum improbuſ ſit arpaget furibuſ furetur quod queat
Ve[r]ſipellem frugi conueuit eſſe homiuem
Pectuſ cui ſapit. bonuſ ſit boniſ. maluſ ſit maliſ.
Vt quecum[q]ref ſit ita animum habeat.
Sed lubet ſcire quantum aurum eruſ ſibi
Dempſit e[&]cquid ſuo reddidit patri.

654. fru[g]i **D** 655. *iambicum feci* ꝗ *ead. m. additum in* **B**. niſi qui et *reliqui* 656. 657 *trochaicos numeros Hermanno debent* Iuprobiſ cum improbuſ ſit **CDZ**. improbuſ quom improbiſ ſit **F** 657. arpaget **CD**. arpaga **F**. harpaga **Z** furetur *eiecit Hermannus* 658. uerſipellem **CDFZ** frugi *cum Bothio delevi ut e v. 654 iteratum* 659—661 *dochmiacos descripsit Hermannus, ego trochaicum primum, proximos bacchiacos catalecticos. Quanquam potest bacchiacus etiam primus esse* 661. malus] mal' **Dc** *post rasuram, ante quam quid fuerit non liquet* 662. Vt quecum **Ba**, ꝗ *addidit* **Bb**. utcūque **CDFZ**. Vticumque *Hermannus olim* est **R**. ſit *libri* *Ceterum etiam licebat sive dochmiacos sive bacchiacos numeros continuare:*

Vt quaécunque rést,
Ita hábeat animúm.

664. et quid **BcFZ**. ecquid **Ba**. ut quid **Da**. ut quid **Db**. et

Sí frugist, Hérculem fécit ex patre:
Décumam partem ĕi dedit, síbi nouem abstulit.
Sét quem quaero, óptume ecce óbuiam mihist.
Núm qui tibi nummi éxciderunt, ére, quod sic terrám [tacens]
'Optuere? quíd uos maestos trístisque esse cónspicor?
Nón placet, nec témerest. etiam quíd respondetís mihi?

MNESILOCHVS.

Chrýsale, occidí.

CHRYSALVS.

Fortassis tu aúri dempsistí parum?

MNESILOCHVS.

Quíd, malum, parum? ímmo uero nímis multo minus quám parum.

---

665 Si frugi eſt herculem fecit ex patre.
Decimam partem ei dedit ſibi nouem abſtulit.
Sed quem quero optime ecce obuiam mihi eſt.
Num qui nummi exciderunt ere tibi
Quod ſic terram optuere.
Quid uoſ meſtoſ tam triſteſque eſſe conſpicor.

quidem ***Z*** 665. frugi eſt ***CDZ***. frugi eu ***F*** ʰerculẽ ***D*** 666. decumam ***Z*** 667. quaero ***CDZ*** obtume ***CD***. optume ***F*** oho oportune mihi eſt obuiam *e Bacchidibus affert Charisius p. 187* 668. 669 *tetrametros esse Hermannus nuper perspexit* exciderint ***F*** ſiͨṭ ***C*** 669. obtuere ***CDFZ*** tacens *supplementum est Hermanni* 669. moeſtoſ ***Z*** tristesque *Hermannus*. tam triſteſque ***CDF***. tãquam triſteſ ***Z***. tamque tristes *Pius*. *fortasse* esse *potius delendum* 670. temere est. etiam quid *Bothius*. temereſt etiam. quin ***BC*** *et (nisi quod* temerẽ ***D***, temere eſt ***FZ***) *reliqui*. est temere. eia, quin *Acidalius* respondetis mihi *Acidalius*. mihi reſpondetiſ ***BDFZ***. mihi reſpondeaſ ***C***
671. 672 *hoc ordine Camerarius, inverso libri, sed ut illius indices* 1 *et* 2 *numeros* ***Bc*** *praeposuerit (non eos, ut videtur, Camerarii manu adscriptos)* 671. MN. *om. libri* Cͪriſale ***B*** 672. MN. *om.* ***FZ*** Quid ***R***. Quͥa ***B***. quia ***CDZ***. qͥa ***F***. Qui *Camerarius* parum. MN. immo ***FZ*** nimis multo minus

CHRYSALVS.

Quíd ⟨malum⟩ igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Mĕa uirtute párta, ut quantum uélles tantum súmeres,
Síc hoc digitulís duobus súmebas primóribus?
'An nescibas, quam ĕiusmodi homini ráro tempus sé daret?

MNESILOCHVS.

Érras.

CHRYSALVS.

At quidem túte errasti, quóm parum immersti ámpliter.

MNESILOCHVS.

Pól tu, quam nunc, méd accuses mágis, si magis rem nóueris.
'Occidi.

CHRYSALVS.

Animus iám istoc dicto plús praesagitúr mali.

MNESILOCHVS.

Périi.

CHRYSALVS.

Quid ita?

---

quam parum *R*. nimio minuſ multo parum *libri*. nimio minus multo ac parum *Hermannus* 673. Ch. *addidit Camerarius* malum igitur *R*. igitur *libri*. igitur tu *Bothius* qm̃ *B*. quõ *C* 674. ſumereſ]m *e corr. B* 675. ſic hoc *CF*. ſich' *D*. Si hoc *BZ* sumebas duobus digitulis *post Bothium Hermannus* ſumaebaſ *D* prioribuſ *Z* 676. nescibas *Guyetus*. neſciebaſ *libri* 677. at quidem]atqui *Hermannus* cum *libri* immerſiſti *Z* ampliter] *huc spectare potest Charisius p. 60 et p. 176: cf. Parerg. I, p. 416* 678. quam nunc, med *Bentleius in Eun. II, 3, 65*. quam nunc me *libri*. me quam nunc *Hermannus* accuſeſ *Z* 679. Occidi Mnesilocho *tribuit Dousa*, Chrysalo *libri* iam animuſ *Z*. animiſ iam *Nonius p. 476* ſtoc *No-*

MNESILOCHVS.

Quía patri omne cúm ramento réddidi.

CHRYSALVS.

Réddidisti?

MNESILOCHVS.

Réddidi.

CHRYSALVS.

Omnene?

MNESILOCHVS.

'Oppido.

CHRYSALVS.

Occisí sumus.

Qui ín mentem uenít tibi istuc fácinus facere tám malum?

MNESILOCHVS.

Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýsale,
Mále mi consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi
Mĕo patri.

CHRYSALVS.

Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri?

MNESILOCHVS.

Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite Archidémide.

---

*nius* preſagitur *B* 680. omnē *F* 681. CH. *om.* *Da*, *add.* *Dc* redidi (d *superscr.*) *B* omnene] omne *F* oppido] opido *F*. omne oppido *Z* reddidi aurum omne oppido *affert Charisius p. 187* 682. tibi uénit *ut lenius commendavi Prot. Trin. p.* CCXLV. 683. MN. *om.* *Da*, *add.* *Dc*: *item* CH. *v. 685* ſuſpicabat *Z* 684. Male mi *R* (*ut v. 565*): *cf. Prol. Trin. p.* CCXCI. *et* CCCXLVII. Male *B*. me male *reliqui*. Mi male *Lambinus*. Male me *Hermannus* 685. redebaſ (d *superscr.*) *B* 686. Me id aurum *libri*. Id aurum *Camerarius*. Aurum id *Guyetus*. Id me aurum *Kampmannus de* AB *praep. p. 14* oſpite *B*. hoſte (pi *superscr.*) *Da* archimenide *Z*

CHRYSALVS.

Hem,

'Istoc dicto dédidisti hodie ín cruciatum Chrýsalum:
Nam úbi me aspiciet, ád carnuficem rápiet continuó senex.

MNESILOCHVS.

Égo patrem exoráui.

CHRYSALVS.

Nempe ergo hóc ut faceret, quód loquor.

MNESILOCHVS.

'Immo tibi ne nóceat, neu quid ób eam rem suscénseat.
'Atque aegre impetráui. nunc hoc tíbi curandúmst, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Quíd uis curem?

MNESILOCHVS.

Vt ád senem etiam tu álteram faciás uiam.
Cómpara, fabricáre, finge quód lubet, conglútina,
'Vt senem hodie indóctum docte fállas aurumque aúferas.

CHRYSALVS.

Víx uidetur fíeri posse.

---

CRIS. Em *huic versui continuat* **B**, *proximi initio posuerunt* **R** *olim, Hermannus* 687. dedidisti hodie *Acidalius*. dediſti hodie *libri*. hodie dedisti tu *Hermannus* incrutiatum **CZ** 688. Nam niſi me aſpicet **Z** carnuficem **BC**. carnificem *reliqui* rapiçet **D** 689. hoc ergo ut *Hermannus: potuerat saltem* ergo hoc uti 690. ſuccenſeat **FZ** 691. egre **BCF** aegre impetraui *attulit Charisius p. 176* curaudu ſt **B**. curanduſ ẽ **CDa**. curaudũ ẽ **DbFZ** (*nisi quod* „chryſale“ eſt **F** *h. e.* eſt chryſale) 692. etiam tu *Hermannus*. etiam *libri* facias alteram *Guyetus* 693. *post* fabricare *lacunam e rasura* **B** 694. ſene modie **C**. ſenem odie **Da** indoctum *Hermannus*. doctum *libri* falſaſ **DaZ** arumque **C**

MNESILOCHVS.

Pérge, ac facile ecféceris.

CHRYSALVS.

Quám malum facile, quém mendaci préndit manufestúm modo?
Quém si ego orem, ut nil mihi credat, íd non ausit crédere.

MNESILOCHVS.

'Immo si audiás, quae dicta díxit me aduorsúm tibi.

CHRYSALVS.

Quíd dixit?

MNESILOCHVS.

Si tú illum solem síbi solem esse díxeris,
Sé illum lunam crédere esse, et nóctem qui nunc ést dies.

CHRYSALVS.

Émungam hercle hominém probe hodie, ne íd nequiquam díxerit.

PISTOCLERVS.

Núnc quid nos uis fácere?

CHRYSALVS.

Enim nil nísi ut ametis ímpero.

---

695. ac ***BC***. hac ***DZ***. ha ***F*** ecfeceriſ *Palmerius, Meursius, Acidalius*. hęcfeceriſ ***B***. haec feceriſ *reliqui* 696. Quam malum ***B***. quamalum *vel* qua malum *reliqui*. Qui malum *Guyetus* mendatii ***B***. mendacii *reliqui* prehendit *vel* p̃hendit *libri* manifestom *Gulielmus*. manufeſto, *cum rasura post* u, ***B***. manifeſto ***C***. manifeſto ***FZ***. manifeſto *in fine versus et* Feſto *proximi initio* ***D*** 697. ego *Hermannus. om. libri* nihil mihi ***C***. mihi nihil *reliqui* 698. aduerſum *libri* 699. qui ***C*** dixeriſ ***Z***. diceref *reliqui* 701. Emugam ***B*** (ũ *m. rec.*) nequicquam ***DcFZ*** 702. Pistoclero *tribuunt* ***BCF***, Mnesilocho ***Z*** *et, si in silentio fides*, ***D*** *ante* enim *lacunam e rasura* ***B*** nihil *Camerarius*. nihil eſt ***CDFZ***, *sed* nihil eſt ***B*** ameſ ***Z***. ameris *Guyetus*,

Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quíd mihi refert Chrýsalo esse nómen, nisi factís probo?
Sét nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche, díc mihi.

MNESILOCHVS.

Míliti nummís ducentis iam úsus est pro Bácchide.

CHRYSALVS.

Égo dabo.

MNESILOCHVS.

Tum súmptu nobis ópus est.

CHRYSALVS.

Ah, placidé uolo
'Vnumquidque agámus: hoc ubi égero, tum istúc agam.
Dé ducentis númmis primum inténdam ballistam ín senem.
Ěa ballista sí peruortam túrrim et propugnácula,
Récta porta inuádam extemplo in óppidum anticum ét uetus:
Si íd capso, geritóte amicis uóstris aurum córbibus,
Sícut animus spérat.

---

*imprudens fortasse* 703. Caeterum ***Z*** quam lubet ***D***. quãlibet ***Z***. cum lubet ***F*** 705. quantillum ***B***. quantulum *reliqui* uſuſ eſt *libri* auri] i *e corr.* ***B*** *et post eam vocem aliquid erasum: ut videatur* aurum *fuisse ut v. 663. 703* tibi] tui ***F*** 706. iam *sup. scr.* ***Da*** 707. MNES. *om.* ***Z***. PIST. *Bothius* sumptu nobis opus est *Bothius.* nobiſ opuſ eſt ſumptu *libri, et cum ras. post* ſumptu ***B*** ah ***BFZ***. a· ***CD***. at *Guyetus* 708. unumquodque ***F***. unum quod ***Z*** ubi ego egero *Hermannus* agrã ***Da*** 709. intendebam *vitium Gronovianae* balliſtam ***C***. balliſtam ***D***. baliſtam ***BFZ*** 710. Ea balliſta ***B***. etaballiſta ***C***. &aballiſtam ***D***. et baliſta ***FZ*** 711. opidum ***F*** anticum ***BCD***. antiquum ***FZ*** 712. Id si c. a. u. geritote *Bothius* uoſtriſ ***BC***. noſtriſ ***DFZ*** corbibuſ ***BC***. corlubuſ ***Da***. corlubuſ (b) ***Dc***. cornibuſ ***F***. cor ***Z***: *vide ad v. sq.* 713. ſicut animuſ ſperat ***D***, *Scioppio auctore Bothius.* ſicui animuſ ſperat ***BCF***. ſperat buſ ſi cui animuſ ***Z***. Si quoi superat animus *Acidatio*

PISTOCLERVS.

Aput test ánimus noster, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Núnc tu abi intro, Pístoclere, ad Bácchidem, atque ecfér cito

PISTOCLERVS.

Quíd?

CHRYSALVS.

Stilum, cerám, tabellas, línum.

PISTOCLERVS.

Iam faxo hic erunt.

MNESILOCHVS.

Quíd nunc es factúrus? id mihi díc.

CHRYSALVS.

Coctum esto prándium:
Vós duo eritis, átque amica túa erit tecum tértia.

MNESILOCHVS.

Sícut dicis.

CHRYSALVS.

Pístoclero núlla amicast?

MNESILOCHVS.

'Immo adest:

---

*duce Hermannus.* Sed quoi a sp. *vitium Gronovianae* teſt ***B***. te eſt *reliqui* amicuſ ***C*** 714. ȩcſercito ***C***. ec ſer cito ***BaDa***. †ȩc ſer cito (*h. e.* haec f. c.) ***Bc***. affer cito ***Dc***. effer cito ***FZ*** 715. ceram tabellas linum *Bothius*. ceram et tabellaſ linum ***BCD***. ceram et tabellaſ et linum ***FZ*** PI.] MN. ***C*** f$\overset{a}{\underset{.}{e}}$xo ***D*** 716. MN. *om.* ***D*** dic. CHR. coctum esto *Hermannus*. dice. CHR. coctum ſt ***B***. dice. CHR. coctum *reliqui*. dice, coctum est *Gronoviana, proximum versum* Chrysalo *tribuens* 718. *miram personarum distributionem Scioppius Susp. lect. V, 24 comminiscitur* piſtoclero ***BcFZ***. piſtoclere ***BaCD*** eſt *libri* 718. adest] eſt ***Z***

'Alteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.

CHRYSALVS.

Quíd tu loquere?

MNESILOCHVS.

Hoc, út futuri súmus.

CHRYSALVS.

Vbist biclínium
Vóbis stratum?

MNESILOCHVS.

Quíd id exquaeris?

CHRYSALVS.

Rés itast: dicí uolo.
Néscis, quid ego actúrus sim, neque fácinus quantum exórdiar.

MNESILOCHVS.

Cédo manum ac subséquere propius me ád foris. intro ínspice.

CHRYSALVS.

Euax,
Nímis hic bellus, átque ut esse máxume optabám, locust.

PISTOCLERVS.

Quae ímperauisti: ímperatum béne bonis factum ílicost.

---

719. amabaſ ***Z*** 720. loquere? MN. hoc ut ***R***. loquerif. MN. hoc ut *libri*. loqueris? MN. ut *Hermannus*. loquere hoc ut *Bothius* facturi *idem* Quin tu loquere hoc, ubi futuri estis? *Guyetus* ubi ſt ***B***. ubi eſt *reliqui* 721. quid] cur ***Z*** exquaeris *Scutarius*. exquerif ***BaCDF***. exquirif ***Bc***. exequerif ***Z*** ita ſt ***B***. ita eſt ***CDF***. ſi ita eſt ***Z*** 723. foris *Pareus*. foreſ *libri* aſpice ***F*** 724. Euhax, *proximo versui iunctum*, ***B*** 725. hic *Hermannus*. *om. libri* maxime ***BZ*** locust ***R***: *nisi* bellust *malueris*. locuſ *libri* 726. Quae . . . . imperatum *contra Salmasium Acidaliumque defendit Gronovius Observ. III, 2* imperauiſti *libri omnes* ilico ſt ***B***. ilico eſt ***CDF***. illico

CHRYSALVS.

Quíd parasti?

PISTOCLERVS.

Quaé parari túte iussisti ómnia.

CHRYSALVS.

Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi.

MNESILOCHVS.

Quid póstea?

CHRYSALVS.

Quód iubebo, scríbito istic. nám propterea té uolo
Scríbere, ut patér cognoscat lítteras, quandó legat.
Scríbe.

MNESILOCHVS.

Quid scribám?

CHRYSALVS.

Salutem tŭo patri uerbís tuis.

PISTOCLERVS.

Quíd si potius mórbum et mortem scríbat? id erit réctius.

CHRYSALVS.

Ne ínterturba.

MNESILOCHVS.

Iam ímperatum in céra inest.

---

eſt ***Z*** 727. paraſti *libri, nisi quod* par•ſti[ui] ***Ba***, paraſti ***B*** *e corr. rec.* que ***CF*** parari ***C***. paraui[ri] ***B*** *ead. m.* parare ***DFZ*** tute *Bothius.* tu *libri. Nisi males* parare tu me 728. tu haſ tibi ***Z***. tuaſ tibi *reliqui.* tu tibi has *Hermannus.* tene '*in prisca lectione*' *esse Pius dicit* 729. iubeo ***CZ*** te uolo *Camerarius, cuius manu* te *sup. scr. in* ***B***. uolo *libri* 730. litteraſ ***Z***. lr̃aſ ***F***. literaſ *reliqui* 732. et ***B***. *om. reliqui* id] it ***D*** 733. Ne interturba, *quae* Mnesilochi *sunt in libris,* Chrysalo *tribui* in cęra ***B***. incerta ***C***. in cena ***F*** inest] eſt ***Z***

CHRYSALVS.

Dic quemádmodum?

MNESILOCHVS.

'Mnésilochus salútem dicit sŭo patri.'

CHRYSALVS.

Ascribe hóc cito:

'Chrýsalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
Quía tibi aurum rédidi, et quia nón te defraudáuerim.'

PISTOCLERVS.

Máne, dum scribit.

CHRYSALVS.

Célerem oportet ésse amatorís manum.

PISTOCLERVS.

Haéc quidem herclest ád perdundum mágis quam ad scribundúm cita.

MNESILOCHVS.

Lóquere: hoc scriptumst.

CHRYSALVS.

'Núnc, pater mi, prŏin tu ab eo ut caueás tibi,
Súcophantiás componit, aúrum ut abs ted aúferat:

---

734. aſcribe ***B***. aſſcribe ***CD***. adſcribe ***FZ*** hoc cito] cito hoc cito ***B*** 735. uſquequam ***Z*** nec recte *libri et hunc versum afferens Charisius p. 197.* nerecte *Meursius* 736. tibi aurum] aurum tibi aurum ***B*** defraudauerim *Camerarius: cf. Parerg. I, p. 541.* ſraudauerim *libri.* defrudauerim *'nonnulli libri veteres' Lambini* 737. celerem] ederem ***Da*** 738. Haec quidem *Hermannus.* Atque idem *libri* est ad *Camerarius duce Pylade.* em ***B***. hem ***CDF***. eſt ***Z*** perduude ***C*** ad ſcribundum ***F***. aſſcribundum ***CD***. adſcribendum ***B*** *et divise* ***Z*** cita *Hermannus.* cito ***B***. ſcito ***CDF***. cituſ ***Z*** 739. ſcriptum ſt ***B***. ſcriptum eſt ***DFZ***. ſcribtum eſt ***C*** proi••••abeo *cum ras.* ***Ba***, proin• tu abeo ***Bb*** 740. Sichophantiaſ ***B***. ſicophantiaſ ***CD***. ſyco-

Ét profecto se áblaturum díxit.' plane adscríbito.

MNESILOCHVS.

Díc modo.

CHRYSALVS.

'Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi,
Quód dem scortis, quódque in lustris cómedim et congraecém, pater.
Sét, pater, uide né tibi hodie uérba det: quaesó caue.'

MNESILOCHVS.

Lóquere porro.

CHRYSALVS.

Adscríbedum etiam.

MNESILOCHVS.

Lóquere, quid scribám, modo.

CHRYSALVS.

'Sét pater, quod prómisisti míhi, te quaeso ut mémineris,
Né illum uerberés, uerum aput te uínctum adseruató domi.'
Cédo tu ceram ac línum actutum. age óbliga, obsigná cito.

---

phantaſ ***Z***. ſycophantiaſ ***F*** ted *Camerarius*. te *libri*. te hoc *Hermannus* 741. adſcribito ***BFZ***. aſſcribito ***CD*** 742. policetur ***F*** *ante* aurum *aliquid erasum in* ***B*** 743. quotque ***D*** illuſtriſ ***Da*** (in l. ***Dc***) comedim ***Ba***, *Nonius p.* 83. comedim (a supra) ***Bb***. comedam ***Dc*** *cum reliquis*. comegam ***Da*** et congraecem *Camerarius:* et congrecem *Aldus*. et congregem *libri*. congreger *Nonius* 744. uide ***B***. *om. reliqui* queſo ***BCF*** 745. adscribedum etiam. MN. loquere *Bothius olim*. adſcribedum. MN. etiam loquere *libri*, *nisi quod* aſſcribedum ***CD***. adscribedum. MN. etiam. loquere *Bothius nuper* quid ***BC***. dum id ***DFZ***, *defensum ab Acidalio* 746. te ***BCD***. id ***FZ*** 747. ullum ***Da*** adſeruato ***B***. aſſeruato *reliqui* 748. hac ***B*** *ante*

MNESILOCHVS.

'Obsecro, quid ístis ad istunc úsust conscriptís modum,
'Vt tibi ne quid crédat atque ut uínctum te adseruét domi?

CHRYSALVS.

Quía lubet ita. pótin ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Mĕa fiducia ópus conduxi, et mĕo periclo rém gero.

MNESILOCHVS.

Aéquom dicis.

CHRYSALVS.

Cédo tabellas.

MNESILOCHVS.

'Accipe.

CHRYSALVS.

Animum aduórtite.
Mnésiloche et tu Pístoclere, iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque accubitum eátis: ita negótiumst:
'Atque ibidem hic, ubi núnc sunt lecti stráti, potetís cito.

PISTOCLERVS.

Númquid aliut?

---

age *rasuram* ***D*** 749. istunc] iſtuc ***Z*** uſuſ ſt ***B***. uſuſ eſt ***CDF***. uſuſ eſ ***Z*** conſcriptuſ ***CF*** 750. CHRIS. *praemittit* ***Dc*** adſeruet *omnes* Quia lubet ita. potiu' ut ***R***. Quia ita mihi lubet. potin ut ***BC***. Quia mihi ita lubet. potin ut ***DFZ***. Quia lubet. potiu' ut tu *Hermannus* ut *om.* ***Z***, *Hermannus* 752. fidutia ***C*** conduxit ***Z*** periclo *Bothius.* periculo *libri* 753. MNES. ***DFZ***. PIST. ***BC*** Equum ***BCD***. Aequum ***Z***. Et quum ***F*** animaduortite ***Z*** 754. et] ut ***Da*** 755. acubitum ***BCD*** eṭatiſ ***D*** negotium ſt ***B***. negotium eſt ***CD***. negocium eſt ***FZ*** 756. hic ubi nuuc ***R***. ubi nunc ***BC***. ubi ***DF***. ibi ***Z***. ut, ubi nunc *Hermannus* tecti ***C*** cito] ſcire ***Ca*** 757. Nunquid ***F*** hoc atque etiam hoc ***R***. hoc atque etiam

CHRYSALVS.

Hóc atque etiam hoc: úbi erit accubitúm semel,
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.

PISTOCLERVS.

O ímperatorém probum.

CHRYSALVS.

Iam bís bibisse opórtuit.

MNESILOCHVS.

Eúge eamus.

CHRYSALVS.

Vós curate uóstrum, ego efficiám meum.
Insánum magnum mólior negótium,
Metuóque ut hodie póssiem emolírier.
Set núnc truculento mi átque saeuo usús senest.
Nam nón conducit huíce sucophántiae
Seném tranquillum esse, úbi me contra aspéxerit.

---

*libri.* haec: atque etiam ut *Hermannus* acubitum ***BC*** 758. exſurgatiſ ***B***. exurgatiſ *reliqui* 759. Pi. *om.* ***C*** O *om.* ***Ba*** (*addidit* ***Bc***) Chrys. *Acidalius.* Pistoclero *continuant libri*

760. Mnes. ***BFZ***. *om.* ***C***. Pist. ***D*** Euge eamus '*Camprarius in notis postumis' teste Grutero h. e. ut apparet Camerarius.* Fugiamuſ *libri* uos curate uostrum ***B***, *Hermannus.* uoſ uoſtrum curate officium *libri, nisi quod* ueſtrum ***FZ*** ego faciam ***F***

*Act. IV. Scen. 5.* CHRISALVS SERVVS ***B***. *om.* ***CD***. Chryſaluſ ***FZ***. *Sine intervallo recte continuavit Bothius* 761. nſanũ aguũ ***C***. Insane magnum *Bothius. Festus Paulli p. 113 M.*: 'Insanum pro ualde magnum usus est Plautus': *ubi* Insanum magnum *corr. Lipsius Epist. quaest. III, 20* negocium ***FZ*** 762. ut *om.* ***F*** poſſiem ***B***. poſſim *reliqui.* possim id *Hermannus* emolier (ri) ***B***. emolier ***Z***. emollirier ***F*** 763. ſeuo ***BCDF*** ſene ſt ***B***. ſene eſt *reliqui* 764. non *om.* ***C*** huice ***B*** *Proleg. Trin. p.* CLXXIII. huic *libri.* nunc huic *Camerarius.* huic nunc *Hermannus* ſicofantiae ***B***. ſicophantie ***CD***. ſycophantię ***FZ*** 765. esse, ubi me contra ***B***. eſſe. ubi me *libri.* mi esse, ubi ubi me

Vorsábo ego illunc hódie, si uiuó, probe.
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictúmst cicer.
Adámbulabo ad óstium, ut, quando éxeat,
Extémplo aduenienti ĕi tabellas dem ín manum.

---

## NICOBVLVS. CHRYSALVS. LORARIVS.

NICOBVLVS.

Nimio íllaec res est mágnae diuidiaé mihi,
Suptérfugisse síc mihi hodie Chrýsalum.

CHRYSALVS.

Saluós sum: iratus ést senex. nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus.

NICOBVLVS.

Quis loquitúr prope?
Atque híc quidem, opinor, Chrýsalust.

---

*Hermannus* 766. uerſabo *libri* illunc hodie *Camerarius.* illum hodie ***BDFZ.*** hidie illum ***C.*** hercle hodie illum *Hermannus* 767. frictum eſt *libri* 768. hoſtium *libri* 769. ei *om.* ***FZ*** manu ***Z***

*Act. IV. Scen. 6.* NICOBOLVS SENEX. CRISALVS SERVVS ***B.*** *om.* ***CD.*** Nicoboluſ. Chryſaluſ ***FZ.*** LORARIVS *addidi ex inscriptione proximae quae in libris est scenae: vide ad v. 799* 770. NICOBOLVS imio ***C.*** NICOB. Nimio ***D*** illa ec ***B.*** illece ***Ca.*** illec ***CbDZ.*** illic ***F*** magnae *'ex codd. ant.' Pylades.* maue *libri* diuidie ***BCDF*** 771. Supterfugiſſe ***B.*** Subder fugiſſe ***Da.*** Subterfugiſſe ***Db*** *cum reliquis* chriſalum ***B.*** criſalum ***C*** 772. Saluoſ ***B.*** ſaluuſ *reliqui* 773. adeundẽ ***Ca*** NIC. quiſ] hic quiſ ***Z*** 774. Chryſaluſt *Camera-*

CHRYSALVS.

Accéssero.

NICOBVLVS.

Bone sérue, salue. quid fit? quam mox náuigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum?
Tacés? per omnis dĕos adiuro, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam quae ís uelit,
* * * * * * * *
Vt túa iam uirgis látera lacerentúr probe,
Ferrátusque in pistríno aetatem cónteras.
Omnía resciui scélera ex Mnesilochó tua.

CHRYSALVS.

Men críminatust? óptumest: ego súm malus,
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum nullum fáciam.

NICOBVLVS.

Etiam, cárnufex,
Minitáre?

---

*rius.* chriſaluſ ***BCD***. chryſaluſ ***FZ*** 776. theothimo ***B***. teothimo ***F***. te ohimo ***C***. te othimo ***Da***. te othimũ ***Db*** 777. omniſ ***B***. oĩſ ***C***. omneſ ***DFZ*** ni *Bentleius in Andr. IV, 2, 11.* ut ni *libri* 779. *ad redintegrandam constructionem tali fere versiculo opus est, qualem excidisse puto:*

Profecto nou nunc me operae parsurum meae,

781. ferrat uſq› ***D***. ferrea: ut uſquam ***F*** priſtino ***Da*** 782. reſ ciuiſ ethera ***Da***. reſciui ſcethera ***Db*** 783. criminatuſ ſt ***B***. criminatuſ eſt *reliqui* optumeſt ***B***. optume eſt ***F***. optime eſt *reliqui* 784. ſpecta rem modo ***BC***. ſpectarem ***Da***. ſpectarem ***Db***. ſpectare modo ***FZ*** 785. ego *om.* ***F*** uerbum nullum ***R*** *duce Hermanno.* uerbum *libri.* uerum nerbum *Bothius.* nec uerbum *Lambinus,* uerbum non *Dousa* fatiam ***B*** *Ceterum* specta rem modo: Ego uerbum ſaciam *ut glossemata delevit Hermannus: quorum prima offensioni non fuerunt Bentleio in Heaut.*

CHRYSALVS.

Nosces tu íllum actutum quális sit.
Nunc hásce tabulas férre me iussít tibi.
Orábat, quod istic ésset scriptum, ut fíeret.

NICOBVLVS.

Cedo.

CHRYSALVS.

Nósce signum.

NICOBVLVS.

Nóui. ubi ipsest?

CHRYSALVS.

Néscio.
Nil iám me oportet scíre: oblitus sum ómnia.
Scio me ésse seruom: néscio etiam id quód scio.
Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit:
Pendébit hodie púlcre, ita intendí tenus.

NICOBVLVS.

Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Vt uérba mihi dat: út nescio quam rém gerat.

---

*V, 4, 21* carnifex ***FZ*** 786. tu illum actutum qualiſ ſit. nunc haſce *in loco raso habet* ***D*** qualis sit] qui siet *Hermannus: fortasse vere.* qualiſ ſit et ubi ſit *Pylades, idemque e cod. Schobingeri pr. affertur* 787. tabulas ***B****, Hermannus.* tabellaſ *libri* 788. quod ***DFZ***. quid ***C***. ut quod ***B*** esset] eſt ***FZ*** ut ***BC***. *om.* ***DFZ*** 789. ipſe eſt *libri* 791. ſeruum *libri* 792. tranſenna *Nonius p. 6.* tra ſeuna ***B***. traſenna *reliqui* lubricum *Nonius* 793. pulcre ***B***. pulchre *reliqui* intendi tenuſ ***Z****, Nonius, Servius in Aen. VI, 62.* intendit eruſ ***BaDb***. intenditeruſ ***C***. intendit eriuſ ***Da***. intendit enuſ ***Bb***. intendi tẽniſ ***F*** 794. exeo ad te *Guyetus.* ad te exeo *libri*

Seruós arcessit íntus, qui me uínciant.
Bene nāuis agitatur, púlcre haec confertúr ratis.
Set cónticiscam: nam aúdio aperirí foris.

NICOBVLVS.

Constrínge tu illic, 'Artamo, actutúm manus.

CHRYSALVS.

Quid féci?

NICOBVLVS.

Inpinge púgnum, si muttíuerit.
Quid haé locuntur lítterae?

CHRYSALVS.

Quid mé rogas?
Vt áb illo accepi, ad te óbsignatas áttuli.

NICOBVLVS.

Eho tú, ‹scelus,› loquitátusne es gnató meo
Male pér sermonem, quía mi id aurum réddidit,
Et té dixisti id aúrum ablaturúm tamen
Per súcophantiam?

---

797. agitur *Hermannus* hec ***BbCDF***. hic ***Ba*** ratuſ ***C*** 798. coticiſcam ***Ba*** nam audio aperiri foreſ *pallidiore colore scripta sunt in* ***B***, *et* audio aperiri *fortasse e corr.* forteſ ***C***. foreſ *reliqui*

*Act. IV. Scen. 7.* NICOBOLVS SENEX. CHRISALVS SERVVS LORARIVS ***B***. *om.* ***CD***. Nicoboluſ. Chryſaluſ ***FZ***. *Superiori scenae haec continuanda fuit: vid. Mus. philol. n. IV, p. 609 sq.*

799. tu illic (h. e. illice) ***B***. tu illi *libri.* tu illi iam *Hermannus.* tute illi *Camerarius* arthamo ***Z*** 800. feciſti ***C*** inpinge, *non* imp., ***BC*** mutiuerit ***F***. mutiueriſ ***Z*** 801. he ***CDF*** locuntur ***BCD***. loquuntur ***FZ*** littere ***BZ***. littere ***F***. litere ***CD*** 802. adtuli ***Z*** 803. eho] eo ***Z*** scelus *addidi praeter libros* gnato meo || Male per ſermonem quia *libri.* gnato meo male || Per sermonem, quia *Pylades.* meo gnato male || Per sermonem ideo, quia *Hermannus* 806. ſicophantiam ***BaCD***.

CHRYSALVS.

Égone dixi istúc?

NICOBVLVS.

Ita.

CHRYSALVS.

Quis homóst, qui dicat mé dixisse istúc?

NICOBVLVS.

Tace.

Nullús homo dicit: haé tabellae te árguont,
Quas tu áttulisti. en, haé te uincirí iubent.

CHRYSALVS.

Ah, Bélleropliontem túus me fecit fílius:
Egomét tabellas tétuli, ut uincirér. sine.

NICOBVLVS.

Proptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo,
Vt pérgraecetur técum, teruenéfice.

CHRYSALVS.

O stúlte, stulte, néscis nunc ueníre te:
Atque ín eopse adstas lápide, ut praeco praédicat.

---

ſicophantiaſ ***Bc***. ſycophantiam ***FZ*** dixi istuc *Hermannus*. iſtuc dixi *libri* 807. homo ſt ***B***. homo eſt *reliqui* 808. tabelẹ ***D*** arguunt *libri* 809. adtuliſti ***BC*** en hae te *Bothius*. em hae te ***B***. hem hae te ***C***. hem ***Da***, hem (te) ***Db***. hẹ te ***FZ*** uincirubent ***Da***, uin(ii)cirubent ***Db*** iubent. || CH. Ah Bell. *Hermannus*. iubent. CH. aha || Bell. *libri*. iubent. || CH. Aha Bell. *Bothius* Bellerophoutem *Bothius*. Bellorophontem iam ***CDZ***. Bellorofoutem iam ***F***. Bello rophantem iam ***B***. Aha *extra versum posito fuit cum placeret* Iam Bellerophontem t. m. f. f. 811. tetuli ***Ba***, *'aliquot libri veteres' Lambini*. detuli ***Bb*** *cum reliquis* ut *om.* ***Ba***, *add.* ***Bc*** uincirer? *in interrogatione vulgo* 813. pergregetur ***BCDF*** 814. uenire (i.uendi) ***BF***. uenire ***C***. uenire (uendi) ***D***. uendi ***Z*** 815. eopse ***B***. eo ipſo *libri* adſtaſ *omnes* ut praeco ***CD***, *Scioppius Susp.*

NICOBVLVS.

Respónde: quis me uéndit?

CHRYSALVS.

Quem di díligunt,

Aduléscens moritur, dúm ualet, sentít, sapit.
Hunc si úllus deus amáret, plus annís decem,
Plus iám uiginti mórtuom esse opórtuit.
Terrae ódium iam pridem ámbulat: tam níl sapit
Nec séntit. tantist, quántist fungus pútidus.

NICOBVLVS.

Tun térrae me odium esse aútumas? abdúcite hunc
Intro átque adstringite ád columnam fórtiter.
Numquam aúferes hinc aúrum.

CHRYSALVS.

Atqui iám dabis.

NICOBVLVS.

Dabo?

CHRYSALVS.

'Atque orabis mé quidem ultro ut aúferam,
Quom illúm resciſces críminatorém meum

---

*lect. V, 15.* ut preco **B**. ubi preco **FZ**. praeco ubi *Beckerus Quaest. p. 9 sq.* predicat **BCDF** 816. di diligunt *Pylades.* diligunt di *libri, nisi quod* dii **F** 817. adoleſcenſ **F** 818. Nunc **FZ** 819. mortuum *libri* opportuit **Z** 820. Terrae odium iam pridem ambulat **B**. Terre odium ambulat *libri, nisi quod* Terrę **Z**, hodium **D**. Nam nunc terrae odium inambulat *Hermannus*, inambulat *debens Pyladi* tam *Scioppius Susp. lect. V, 24.* iam *libri* 821. tanti ſt quanti ſt **B**. tanti eſt quanti eſt *reliqui* 822. Tum **Z** terre **CDF** 823. aſtringite **FZ** columpnam **D** 824. Nũqu'qụã **B** iam *libri.* ultro iam *Pylade auctore Hermannus* 826. Quom **F**. Qum **B**. Cum *reliqui* recciſceſ

Quanto ín periclo et quánta in pernicié siet.
Tum líbertatem Chrýsalo largíbere:
Ego ádeo numquam accípiam.

NICOBVLVS.

Dic, scelerúm caput,
Dic, quo ín periclost méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS.

Sequere hác me: faxo iám scies.

NICOBVLVS.

Quo géntium?

CHRYSALVS.

Tres únos passus.

NICOBVLVS.

Vél decem.

CHRYSALVS.

Agedum tu 'Artamo
Forem hánc pausillulum áperi: placide, né crepa:
Sat ést. accede huc nunc tu. uiden conuíuium?

NICOBVLVS.

Video éxaduorsum Pístoclerum et Bácchidem.

CHRYSALVS.

Qui súnt in lecto illo áltero?

---

***Ba***. reſciſſeſ ***Z*** 827. periclo *Guyetus*. periculo *libri* pernitie ***BDb***. permittie ***CDa*** ſciet ***Z*** 828. lagibere ***Ba***. largibem rem ***D*** *ante ras.* 830. periclo eſt ***CD***. periculo eſt ***BFZ*** 831. ſeque ***Da*** faxo iam ſcieſ *hic collocant* ***BC***, *post* Sat eſt *v. 834* ***DFMZ*** 832. tre unoſ ***Z*** paſſoſ ***Ba*** arthamo ***Z*** 833. ſortem ***C*** pausillulum ***R***: pauxillulum *Pylades*. pauſillum ***Ba***. pauxillum ***Bc*** *cum reliquis* crepet *Angelius: fortasse vere* 834. ſtat ***D*** huc nunc ***R***. huc *libri*

NICOBVLVS.

Interií miser.

CHRYSALVS.

Nouístine hominem?

NICOBVLVS.

Nóui.

CHRYSALVS.

Dic sodés mihi,

Bellán uidetur spécie mulier?

NICOBVLVS.

'Admodum.

CHRYSALVS.

Quid, illám meretricemne ésse censes?

NICOBVLVS.

Quíppeni?

CHRYSALVS.

Frustrá's.

NICOBVLVS.

Quis igitur óbsecrost?

CHRYSALVS.

Inuéneris:

Ex mé quidem hodie númquam fies cértior.

---

839. metricemne ***B*** quippeni ***BCD***. quippe ***FZ***. quippini *Camerarius: rectius puto* 840. fruſtraſ ***Z***. Fruſtreſ ***BCD***. fruſtra eſ ***F*** obſecro ſt ***B***. obſecro eſt *reliqui* 841. cercior ***B***

## CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS.

CLEOMACHVS.

Meamne híc Mnesilochus Nícobuli fílius
Per uim út retineat múlierem? quae haec fáctiost?

NICOBVLVS.

Quis illést?

CHRYSALVS.

Per tempus híc uenit milés mihi.

CLEOMACHVS.

Non me árbitratur mílitem, set múlierem,
Qui mé meosque nón queam deféndere.
Nam néque Bellona mi úmquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si conuénero,
Niue éxheredem fécero uitaé suae.

NICOBVLVS.

Chrysále, quis illest quí minatur fílio?

CHRYSALVS.

Vir hic ést illius múlieris, quacum áccubat.

NICOBVLVS.

Quid, uír?

---

*Act. IV. Scen. 8.* CLEOM. MILES. NICOBOLVS SENEX. CHRYSAL̃. S. ***B***. NICOBOŁ CLEOMAČ CRIS̃ ***D***. *om.* ***C***. Cleomachuſ. Nicoboluſ. Chryſaluſ ***FZ*** 842. hoc ***C*** nicoboli *libri ut solent* 843. ut *om. Hermannus* factio ſt ***B***. factio eſt *reliqui* 844. ille ſt ***B***. ille eſt *reliqui* mileſ mihi ***BaC***. michleſ ***D***. mileſ ***FZ***. mileſ mihi cleomachuſ ***Bc*** 845. Non me] Nonne ***F*** 849. exeredem ***Ba*** 850. ille eſt *libri.* est hic *Hermannus* minatur *libri: (nihil certe discrepantiae e* ***B*** *notavi.)* minitatur *Camerarius* 851. quae cum ***B***

CHRYSALVS.

Vir, inquam.

NICOBVLVS.

Núptanest illa, óbsecro?

CHRYSALVS.

Scies haút multo post.

NICOBVLVS.

'Oppido interií miser.

CHRYSALVS.

Quid núnc? scelestus tíbi uidetur Chrýsalus?
Age núnc uincito me, aúscultato fílio.
Dixín tibi inuentúrum te, qualís siet?

NICOBVLVS.

Quid núnc ego faciam?

CHRYSALVS.

Iúbe sis me exsoluí cito:
Nam ní ego exsoluor, iám manufesto hominem ópprimet.

CLEOMACHVS.

Nihil ést, lucri quod me hódie facere máuelim,
Quam illúm cubantem cum ílla opprimere, ambo út necem.

---

852. nuptane est illa *Pylades.* nupta eſt illa *libri.* nupta est illan' *Camerarius. Licentius et praeter necessitatem Hermannus:* nupta illa obsecro est? CH. scies || Haud multo post. NI. ego oppido —. *Cf. Prot. Trin. p. CCXXII, ubi quod suspicatus sum enclisim accentus pati* multóplus, *exemptis et certis nec paucis confirmari intellexi* haut **B**. aud **C**. haud *reliqui* 854. Quid? nunc *vulgabatur ante Acidalium in Aulul. c. 1* 856. tibi *Hermannus.* tibi ego illum *libri. Nisi sic versum conformare males:* Dixín tibi égo illum te inuenturum qui siet *coll. v. 786* ueuturum **D** 857. exolui **FZ**: *item v. 858. 861. 862* 858. ni **BCD**. niſi **FZ** manufeſto] ſt *e corr.* **B**. manifeſto **FZ** 859. est lucri, quod *vulgo* 860. obprimere **D**

CHRYSALVS.

Audín quae loquitur? quín tu me exsoluí iubes?

NICOBVLVS.

Exsóluite istum. périi, pertimuí miser.

CLEOMACHVS.

Tum illám, quae corpus públicat uolgó suum,
Faxó se hau dicat náctam, quem derídeat.

CHRYSALVS.

Pacísci cum illo paúlula pecúnia
Potés.

NICOBVLVS.

Paciscc ergo óbsecro quod tíbi lubet,
Dum né manufesto hominem ópprimat neue énicet.

CLEOMACHVS.

Nunc nísi ducenti Phílippi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido.

NICOBVLVS.

Cum illóc pacisce, sí potes. perge óbsecro:
Pacísce quiduis.

---

861. [h]audin ***Bc*** 863. nolgo ***B***. uulgo *reliqui* 864. hau ***B***, *ut soleo ante* d *et* t *litteras.* haud *libri. Cf. v. 506* dicat *libri, Fleckeisenus Philologi II, p. 104.* dicet *Hermannus* 865. illa *ante corr.* ***C*** paulula ***BCD***, paula ***FZ*** peccunia ***D***
866. pacisce *Bothius.* paciſcere *libri* quod *Lambinus.* quid *libri.* quo *vel* qui *Acidalius* tibi lubet ***BFZ***. lubet tibi ***CD***
867. manifeſto *libri* obprimat ***D*** niue *Scaliger* enicet ***BaC***. euecet ***Bb***. eniceat ***DFZ*** 868. amborum animam *Hermannus* ex[ſ]orbebo ***Bc***. exorbebo ***BaC***. exorbabo ***DFZ***. opido ***F*** 870. Hem ... potes CHRYSALO *tribuunt* ***BCD***, *proxima demum* NICOBVLO Cum illoc ***B***. Em illoc ***B***. Hem illoc *reliqui* pacisce *Bothius.* paciſſcere ***B***. paciſcere *reliqui* pergere ***Z*** 871. Paciſce ***Ba***. Paciſcere ***Bc*** *cum reliquis* quiuis

CHRYSALVS.

'Ibo et faciam sédulo.

Quid clámas?

CLEOMACHVS.

Vbi eros túus est?

CHRYSALVS.

Nusquam: néscio.

Vis tíbi ducentos númmos iam promíttier,
Vt né clamorem hic fácias neu conuícium?

CLEOMACHVS.

Nihil ést quod malim.

CHRYSALVS.

Atque út tibi mala multa íngeram?

CLEOMACHVS.

Tuo árbitratu.

CHRYSALVS.

Vt súbblanditur cárnufex.
Pater híc Mnesilochist: séquere, is promittét tibi.
Tu aurúm rogato. céterum uerbúm sat est.

NICOBVLVS.

Quid fít?

---

*Acidalius* CHRYS. *om.* **C** fatiam **B** 872. eroſ **B**: *v. Prol. Trin. p.* XCII. eruſ **CD**. heruſ **FZ** CH. *om.* **Da** nuſquam. neſcio (ſecum) **CD** *ead. m.* 873. *ante* nummoſ *aliquid erasum in* **B** iam *om.* **Ba**, *add.* **Bc** 874. clamorem]a *e corr.* **B** nec **FZ** conuitium **CFZ** 875. quid **D** CH. *om.* **Da** (in)geram **Da** *ead. m.* 876. Vt . . . carnufex, *quae* NICOBVLO *tribuunt libri*, CHRYSALO *dedit Acidalius* ſubbanditur **Ba**. ſublanditur **FZ** carnifex **FZ** 877. Pater (hic) **B** *ead. m.* mneſiloche (i) eſt **C**. mneſilochi eſt *reliqui* 878. tuarum *pro* tu

CHRYSALVS.

Ducentis Philippis pepigi.

NICOBVLVS.

Váh, salus,

Me séruauisti. hém, quam mox dicó dabo?

CHRYSALVS.

Roga húnc tu, tu promítte huic.

NICOBVLVS.

Promittó: roga.

CLEOMACHVS.

Ducéntos nummos aúreos Philippós probos
Dabín?

CHRYSALVS.

Dabuntur ínque: respondé.

NICOBVLVS.

Dabo.

CHRYSALVS.

Quid núnc, inpure, númquid debetúr tibi?
Quid illí molestu's? quíd illum morte térritas?
Et égo te et ille mactámus infortúnio.
Tibi síst machaera, at nóbis ucruinást domi:

---

aurum ***DaZ*** ceterum ***C*** 579. Philippis pepigi. Ni. uah, salus, || Me seruauisti. hem, quam ***B***. philippiſ rem pepigi. Ni. uah ſaluſ || Mea ſeruaſti me. quam *libri*. Philippis rem pepigi. Ni. uaha, || Salus, seruasti me. quam *Hermannus*. rem *delebat Acidalius*
883. inquam ***FMZ***. inque (i.dio) ***C***: *vide Parerg. I, p. 419* 884. inpure, *non* imp., ***B*** debetur] debetur p̃ure, *sed per hanc vocem lineola ducta,* ***D*** 885. molestus *vulgo* quid *Camerarius*. quia *libri* 886. Ego et ille te mactamus *Hermannus* mattamuſ ***F***. mactat *Guyetus* 887—889. *Horum versuum apud Festum p. 161 M. hae laciniae supersunt:*

chedem ad nob . . . . . .
te reddam u . . . . . . .
rem ſoricina . . . . . . .

Qua quĭdem te faciam, sí tu me inritáueris,
Confóssiorem sóricina nénia.
Iandúdum hercle equidem séntio, suspício
Quae té sollicitet: éum esse cum illa múliere.

CLEOMACHVS.

Immo ést quoque.

CHRYSALVS.

Ita me Iúppiter, Iunó, Ceres,
Minérua, Spes, Latóna, Opis, Virtús, Venus,
Castór, Polluces, Márs, Mercurius, Hércules,
Submánus, Sol, Satúrnus, dique omnés ament,
Vt ílle cum illa néque cubat neque ámbulat
Neque aúsculatur néque illut quod dicí solet.

NICOBVLVS.

Vt iúrat. seruat me ílle suis periúriis.

CLEOMACHVS.

Vbi núnc Mnesilochus érgost?

---

*eorundem autem apud Fulgentium Exp. p. 568 M.* XIX *L. haec species est:* ſi tibi machaera eſt foriſ, at mihi ueruina eſt domi, qua te ego (quem ego *al.*) et illoſ conficiam ut ſoricina neuia Tibi si est machaera, at nobis *Guyetus*, at *debens Acidalio.* Si tibi eſt machera et nobiſ *libri.* Si tibi machaera est, nobis *Bothius olim.* Si tibi machaera, at nobis *Hermannus* ueruina est *Pylades.* uerbina ſt ***Ba.*** uerbena ſt ***Bb.*** urbina eſt *reliqui* 888. Quã ***Z*** fatiam ***B.*** faciam *etiam Donatus in Eun. V, 6, 23, hinc afferens* confeſſorem te faciam ſoricina naenia si] u *b i apud Festum Vrsinus* irritaueriſ ***FZ*** 880. confoſſiorem ***BC.*** confeſſiorem ***DFZ***, *cod. Schobingeri* ſoricinia ***D*** nenia ***BCD.*** uenia ***F.*** renia ***Z*** 890. Iandudum, *non* Iamd., ***B*** ſuſpitio ***BC*** 891. ſolicitet ***FZ*** eum] cum ***Z*** esse eum *Hermannus* 892. eſt *om.* ***B*** iupiter ***BFZ*** 893. Spes, Latona ***R***, *Guyetus, Hermannus.* latona ſpeſ *libri* opiſ ***C.*** opeſ ***B.*** obſ ***D.*** opſ ***FZ*** 895. Sumanuſ ***Z*** SATVRNVS *(sic)* ***B*** diique *libri* 897. ausculatur ***R.*** auſcultatur ***BCD.*** oſculatur ***FZ*** 899. hunc ***Z*** ergo ſt ***B.*** ergo eſt ***C.*** ergo ***DFZ***

CHRYSALVS.

Rus misít pater.
Illa aútem in arcem hinc ábiit aedem uísere
Minéruae. nunc apértast: i, uise éstne ibi.

CLEOMACHVS.

Abeo ád forum igitur.

CHRYSALVS.

Vél tu hercle in malám crucem.

CLEOMACHVS.

Hodie éxigam aurum hoc?

CHRYSALVS.

Éxige, ac suspénde te:
Ne súpplicare, homo níhili, tibi nos cénseas.
Illést amotus. síne me, per te, ere, ópsecro
Deos ínmortalis, íre huc intro ad fílium.

NICOBVLVS.

Quid eó nam introibis?

CHRYSALVS.

Vt eum dictis plúrumis
Castígem, quom haec hic fácta ad hunc faciát modum.

---

900. hinc *Hermannus. om. libri* edem ***BF*** 901. aperta imp̃. exũbo eo ſt ***D***. aperta eſt *reliqui* i uise] inuiſe ***Z***. i uiſ e ***Da***. i uiſe ***C***: *cf. Parerg. I, p. 419* 902. uel . . . crucem CHRYSALO *tribuit* ***Z***, NICOBVLO *reliqui* uel tu ***R***, *Kampmannus de* IN *praep. p. 32, Hermannus.* uel *libri.* immo *Brixius p. 26* 904. ſuplicare ***B***. ſubplicare ***D*** homo nihili, tibi nos censeas ***R***. cenſeaſ nihili homo *libri, nisi quod* nihil ***Z***. tibi me, nihili, censeas *Hermannus*

905. Ille eſt *libri* ere] here ***F***. habere ***Z*** opſecro ***B***. obſecro *reliqui* 906. inmortaleſ ***B***. immortaleſ ***CDF***. immortaliſ ***Z*** 907. eo nam ***R***: *cf. Prol. Trin. p.* CLX. eo *libri* eum] cum ***F*** plurimiſ ***DFZ*** 908. cum *libri* hic ſacta ad hunc *Hermannus.* facta ſiadhuc ***BaZ***. facta ſic ad hunc ***Bb***

NICOBVLVS.

Immo óro ut facias, Chrýsale, et ted ópsecro,
Caue pársis in eum dícere.

CHRYSALVS.

Etiam mé mones?
Satinést, si plura ex me aúdiet hodié mala,
Quam audíuit umquam Clínia ex Demétrio?

NICOBVLVS.

Lippi íllic oculi séruos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes:
Si est, ábstinere quín attingas nón queas.
Nam ni íllic hodie fórte fortuna híc foret,
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua
Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Phílippeis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti: quos nón dabo
Temere étiam, priusquam fílium conuénero.
Numquam édepol quicquam témere credam Chrýsalo.
Verúm lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequómst tabellis cónsignatis crédere.

---

*cum reliquis* 909. tedopſecro ***BZ***. te[d] obſecro ***C*** *ead. manu.* te obſecro ***DFZ***. te id obsecro *Hermannus* 910. etiamne moneſ ***FZ*** 911. ſat ineſt ***F***. ſatan eſt ***Da***. ſatin eſt *reliqui de* audiét *vide Prol. Trin. p.* CLXXXIII. *coll.* CCXXIX: *ut non opus sit transpositis* hodie ex med audiet 912. clinio ***D*** 613. illic *Aldus*. ille *libri* ſeruuſ *libri* ſimillimuſ *libri* 915. ñ•queaſ *c. ras.* ***Bb***. nequeaſ ***Ba*** 918. moehcum ***C***. mechum ***F***. mecum ***Z*** manifeſtarium ***FZ*** 919. philippeiſ ***B***. philippiſ *reliqui. cf. Prol. Trin. p.* XCVIII. emi] eini ***C*** *ut videtur* 920. dere ***Ba*** 921. temere: et iam ***Z*** 922. aedepol ***Z*** credam] e *e corr.* ***D*** credam. CHR̃. Verum ***C*** libet *libri* etiam] et ***Z*** 924. Aequum ſt ***B***. aequum eſt *reliqui* (equum ***F***)

# ACTVS V.

## CHRYSALVS.

CHRYSALVS.

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Príami patriam Pérgamum, diuína moenitúm manu,
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus,
Et mílle numero náuium decumo ánno post subégerunt.
Non péius termentó ruit, praeut égo erum expugnabó meum

*Act. IV. Scen. 9.* CHRISALVS SERVVS. NICOBVLVS SENEX ***B***. *om.* ***C***. CHRISALVS ***D***. Chryſaluſ. Nicoboluſ ***FZ***. *Vide ad v. 979* 925. Atridae duo *Pylades.* Atridaſ duoſ ***Ba***. Atri- l.e daſ duo• ***Bb***, *sed* l. e. *a m. rec.* Adtrideſ duo ***D***. trideſ duo ***C***. Atrideſ duo ***FZ*** cluent ***BD***. clauent ***C***. dicuntur ***FZ*** maximum ***BCDZ*** 926. Cum ***BCDZ*** moenitum ***B***. maenitum ***F***, *'codex vetustissimus'* *Pii.* moenium ***Z***. pro munitum menitum ***C***. pro munitum m•• munitũ enitũ ***Da***: m•• mo^e^nitu enitũ ***Db***, *sed simul lineola ducta per* enitũ 927. equiſ ***C*** 928. Et mille *Beckerus p. 7.* Mille cum *libri.* Milleuum *Camerarius.* Milli cum *Hermannus: quod non intelligo* post *om.* ***Z*** 929. peius *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 40.* l.pelideſ pedibuſ ***BCD***. pelideſ ***FZ*** termento *Curio, Canterus Nov. lect. III, 8, Lambinus e Festo p. 363 Muell.:* 'Termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum utitur plautuſ in bacchidibuſ.' tormento *libri.* ornamento *cod. pr. Schobingeri:* tam ornamento *eiusdem cod. sec.* rūit ***C***, *sed ut*

Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum.
Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab sŭo patre;
Nunc húc prius quam senéx uenit, lubet lámentari, dum éxeat.
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Príame, periistí senex,
Qui mísere male mulcábere quadrigéntis Philippis aúreis.
Nam ego hás tabellas óbsignatas cónsignatas quás fero,
Non súnt tabellae, sét equos quem misére Achiui lígneum.
Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmpta. Mnesilochús Sinost
Relíctus. ellum: nón in busto Achílli, set in lecto áccubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ut habuit ígnem qui signúm daret:
Nunc ípsum exurit. égo sum Vlixes, quóius consilio haéc gerunt.
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc ínsunt in equo mílites

---

*semicirculo hac voce iuncta cum praecedente significari* tormentorũ it *videatur.* fuit *reliqui* prout ***FZ*** 930. et] atque *sup. scr.* ***B****, sed m. Camerarii* 931. Coepi ***BDZ*** erili ***CD***. herili *praeter* ***FZ*** *raro exemplo etiam* ***B*** 932. huc prius quam ***B***. priuſ quam huc *libri.* prius huc quam *Pylades, Acidalius* libet *libri. de prosodia vide Prol. Trin. p.* CXLIX. 933. Priame] Perame *in mentem veniebat Fleckeiseno Exerc. p. 42* periiſti *libri omnes* 934. multabere ***D*** quadrigentis ***B*** *Parerg. I, p. 406.* quadringentiſ ***BZ***. quadragentiſ ***CF***. quadrageniſ ***D*** 936. tabelle ***CF*** equoſ ***B***. equuſ ***DFZ***. aequuſ ***C*** 937. Epiuſ eſt ***BCD***. epeuſ eſt ***F***. epciuſ eſt ***Z*** Sinost *Angelius.* ſinon eſt ***BCDF***. ſi non eſt ***Z*** 938. ellum ***B***. illum ***CDF***. ille ***Z*** imbuſto ***Z*** in lecto ***B***. lecto *reliqui* 939. ut *Pylades. om. libri* 940. Nunc *Guyetus, Hermannus.* Hunc *libri.* Haec *Camerarius, Palmerius.* Hic *Lambinus* eſurit ***F***. eccum urit *Palmerius* ulixeſ ***BCDF***. uliſſeſ ***Z*** cuiuſ *libri* conſilioh ***Ba*** haec ***BFZ***. hanc ***CD*** gerunt ***CDF***. geruntur ***BZ*** 941. litterae ***B***. littere ***C***. literae *vel* litere ***DFZ*** insunt in equo *Guyetus, Hermannus.* in equo inſunt *libri*, *nisi*

Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ímpetum.
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis.
Nostró seni huic stolido, ĕi profecto nómen facio ego 'Ilio.
Milés Menelaust, égo Agamemno: idém sum Vlixes Lártius:
Mnesílochust Alexandér, qui erit exítio rei patriaé suae:
Is Hélenam abduxit, quóia caussa núnc facio obsidium 'Ilio.
Nam illi ítidem Vlixem audíui, ut ego sum, fŭisse et audacem ét malum.
Doli égo deprensus sum: ílle inuentus méndicans paene ínterit,

---

*quod* i quo ***B***, aequo ***C*** 942. mi usque *Bothius.* melluſque *libri* 943. equuſ *libri* arcum ***Ca***. archam ***Z***. artham ***F*** 944. EXITIUMEXCIDIUM ***A***. Exidium exitium ***B***. excidium exitium *reliqui, nisi quod* exici^c^um ***C*** exlecebra ***ABC***. lacebra ***Da***. ^ex^lacebra ***Db***. ^ex^latebra ***Dc***. ex latebra ***FZ*** EQUOS ***A***. equuſ *reliqui* 946. MENELAUST ***A***. menelauuſt ***Bb***. menelauſ eſt ***Ba*** *cum reliquis (nisi quod* mene lauſ ***D***) agamemno ***ADa***. agamenno ***C***. agamemnon ***BDcF***. agamenon ***Z*** sum *addidit Hermannus* ulyſſeſ ***Z***. ULIXES ***A*** *cum reliquis* Lartius *Acidalius.* lertiuſ ***CDF***. lerciuſ ***B***. laertiuſ ***Z***. *In* ***A*** LERTIUS *potius esse quam* LARTIUS *visum est* 947. Mneſilochuſ eſt *libri cum* ***A*** EXITIO ***A***. exitium *reliqui* 948. SIHELENAM•••XIT ***A***. Hiſ elenam abduxit ***B***. Iſ elenam abduxit ***D*** cuia ***ABCD***, *Scioppius Susp. lect. I, 21.* cuiuſ ***Z***. cui hac ***F*** huuc facio obſideri *'alibi scriptum' esse Pius annotat* obſidi ***Z*** 949. illi itidem *Bothius: atque idem notavi in* ***A*** *esse videri, in quo plane apparuerunt* ILL•I••D(EM) *litterae.* illic eidem *libri* ULIXEMAUDIUI ***A***. audi ulixem ***Ba***. audiui ulixem ***Bc*** *cum reliquis, nisi quod* ulyſſem ***Z*** fuiſe ***Ba*** 950. Doli ego deprensus *Acidalius.* Doliſ ego deprehenſuſ ***BCF***. Doliſ ego depreuſuſ ***DZ***. DOLISEGOPRENSUS ***A*** inuentus mendicans paene ***R***. mendicauſ pene inuentuſ *libri, nisi quod*

Dum ibi fácta exquirit 'Iliorum. adsímiliter mi hodie óptigit.
Vinctús sum, set dolís me exemi. item ílle se seruauít dolis.
'Ilio tria fŭisse audíui fata, quae illi fŭere exitio:
Sígnum ex arce sí perisset: álterum autemst Tróili mors:
Tértium, quom pórtae Phrygiae límen superum scíndere-tur.
Pária item tria ĕis tribus sunt fáta nostro huic 'Ilio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et té hóspite et de áuro ét dé lémbo, ibi sígnum ex arce iam ábstuli.

---

PAENE **A** interiit *libri cum* **A** 951. ibi **ABCDF**. ſibi **Z** facta exquirit **B**. exquirit facta **BaDa**. exquirit fata **ABbDbCFZ** Iliorum *Gulielmus Verisim. I, 22, Scaliger.* illorum *libri cum* **A** adſimiliter **ADFZ**. autſimiliter **C**. ac ſimiliter **B**. id ſimiliter *'alibi codicum legi' Pius ait* *ante* mihi *vocem erasam* **D** optigit **BCD**. obtigit **AFZ** 952. ME **A**, *Pylades. om. reliqui* exaemi **Da** *cum rasura post eam vocem* ille se *Hermannus.* ſe ille *libri cum* **A** seruat *Hermannus* 953—956 *in iambicos (praeeunte Acidalio) sic transformavit Hermannus, repugnante etiam* **A**:

Tum tría fuisse audíui fata, quae 'Ilio exitió forent:
Ex árce signum sí perisset: álterum est mors Tróili:
Quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur, tértium.
Eis ítidem paria tría tribus sunt fáta nostro huic 'Ilio.

*Huc Servius spectat in Virg. Aen. II, 13, cuius haec sunt in cod. Cass. verba:* 'oraculis] secundum Plautum tribus: scilicet uita Troili, et si Palladium integrum mansisset in Troia, integro sepulcro Laomedontis quod in Scaea porta fuit: ut in Bacchidibus comoedia lectum est' 953. Ilio **BCDFZ**. ILL· **A**, *sed ut ultimam litteram non esse O, videri I esse notarim* tria] ia *e corr. recentissima* **B** facta **Ba**. *in* **A** *apparuit* ·MA illo **Ca** FUERE **A**. forent *reliqui* exicio **B**. exitium **D** 954. periſſet **FZ**. periiſſet **ABCD** autemst **B**. etiam ſt **B**. etiam eſt *reliqui cum* **A** 955. tercium **C** cum *libri* forte phrigię **C**. forte phrigie **D**. forte frigie **Ba**. forte frigię **Bc**. portae ſcaeae **Z**. Phrygiae *etiam Scaliger e suo cod. adscripsit. Nihil legi in* **A** *potuit* 956. patria **Z** facta **Ba** nostro *Meursius.* noſtra *libri* 957. mendatium **B** 958. oſpite **Da** ſignum *om.* **Ba**, *sup. scr.*

Iam dúo restabant fátā tunc, nec mágis id ceperam óppidum.
Post úbi tabellas ád senem tetuli, íbi ego occidi Tróilum.
Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis,
Ibi uíx me exsolui. atque íd periclum adsímulo, Vlixem ut praédicant
Ab Hélena cognitum ésse próditum Hécubae. set ut olim ílle se
Blandítiis ab illa exémit et persuásit se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éxtuli e perículo et decepí senem.
Post cúm magnifico mílite, urbis uérbis qui inermús capit,
Conflíxi atque hominem réppuli. dein púgnam conseruí seni:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo
Cepi ab eo spolia. is núnc ducentos númmos Philippos míliti,

---

***Bb*** aroe ***Da*** 959. facta ***Ba*** TUNC ***A***. tum *reliqui, nisi quod* dum ***Da*** coeperam ***BZ*** opidum ***F*** 960. tetuli, ibi ego *Hermannus:* tetuli ibi *Acidalius ut v. 811.* detuli ibi *libri* 961. Cum *libri cum* ***A*** 962. uix me exſolui ***BC***. me uix [x]&ſolvi ***D***. me uix [ex]&ſolui ***Dc***. me iniunxit ſolui ***FZ***, *cod. Schobingeri* periculum ***FZ*** adſimilo *libri* ulyſſem ***Z*** predicant *libri praeter* ***Z*** 963. Ab Helena cognitum *Acidalius.* Cognitum ab helena *libri. Non est veri simile tali quidem trochaico iambicorum continuitatem interruptam esse* eccubae ***B***. eccube ***CD***. heccube ***F*** 964. Blandiciiſ ***BCZ*** ab illa ***R****: ab ea duce Pylade Hermannus. om. libri* perſuadit ***D*** 965. Itaẹ̃ ***B*** ilio ***BC*** extuli *Dissaldeus.* expuli *libri* e periclo ***CD***. e periculo ***FZ***. periculo ***B*** 966. Post *Acidalius.* Poſtea ***B***. poſte ***CD***. poſthec ***F***. poſt haec ***Z*** urbeſ *libri* inermiſ ***Z*** 967. Conflixi ***BbFZ***. confixit ***BaCD*** 968. Eum ego adeo uno ***BDF***. Cum ego adeo uno ***CZ***. Eum adeo uno ego *Hermannus* mendatio ***BC*** extemplo ***FZ*** 969. Cepi ab eo ***R***. Coepi ***BCD***. Caepi ***Z***. Ego cepi *Hermannus*

Quos dáre se promisít dabit. * * * * *
Nunc álteris etiám ducentis úsus est, capto Ilio
Qui díspensentur, uti sit mulsum quí triumphent mílites.
Set Príamus hic multo ílli praestat. nón quinquagintá modo,
Quadrigéntos filiós habet, atque ómnis lectos síne probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo duobus solis íctibus.
Nunc Príamo nostro síst quis emptor, coemptionalém senem
Vendam égo, uenalem quem hábeo, extemplo ubi óppidum expugnáuero.
Set Príamum adstantem eccum ánte portam uídeo. adibo atque ádloquar.

---

970. *Sic hunc versiculum singillatim perscriptum non* **B** *tantum habet, sed* **CD** *quoque. Quem mutilum esse censeo deperdita parte altera, quae potuit similis esse ac v. 842* ita res successit mi usque adhuc. *Cum proximis sic concinnavit Hermannus, eiectis ut putabat glossematis:*

Quos dáre se promisít dabit. nunc álteris etiam úsus est,
Qui díspensentur, út sit mulsum quí triumphent mílites.

971. capto Ilio || Qui dispensentur *Acidalius.* qui diſpenſentur || Ilio capto *libri. Quod qui tenere volet, non poterit non duos trochaicos (acatalectum cum catalectico) agnoscere sic pauculis transpositis:* Nunc etiam alteris ducentis —: *ut scribebamus Parerg. I, p. 425* diſpenſetur **CZ** triumph$^{e}$unt **D** 974. Quadrigentos (*ut v. 1183*) *Schneiderus gramm. lat. elem. I, p. 735 Reizio duce.* Quadringentoſ *libri* atque *Hermannus.* atque equidem *libri. Vide Prol. Trin. p.* CXLIX. *post* lectoſ *lacunam e rasura ortam* **B** probo **Z** 975. omneſ **FZ** 976. si émptor est, coémptionalem *Hermannus* ſi eſt *libri* $^{m}$eptor **C** comptionalem **Ba**, *cod. Scaligeri.* co$^{e}$mptionalem **Bb**. comptialem *vel* cõptialẽ **CD**. comicialem **FZ** 977. habebo **CD** o$^{p}$pidum **D**. opidum **F** expurgauero **Z** 978. adſtantem eccum **B**. adſtante mecum **CD**. aſtantem eccum **FZ** uideo **FZ**. uidebo **CD**. uideb̲ **B**: *cui* o *adiecit recens manus* alloquar **Z**

## NICOBVLVS. CHRYSALVS.

NICOBVLVS.

Quóianam uox própe me sonat?

CHRYSALVS.

O Nícobule.

NICOBVLVS.

Quid fit?

CHRYSALVS.

Euge.

NICOBVLVS.

Quíd, quod te misi, écquid egisti?

CHRYSALVS.

Hém, rogas? congrédere.

NICOBVLVS.

Gradior.

CHRYSALVS.

Optumus sum orátor. hominem ad lácrumas coegi cástigando
Máleque dictis, quaé quidem quiui cómminisci.

NICOBVLVS.

Quíd ait?

CHRYSALVS.

Verbum

---

979. *Novae scenae initium feci contra libros* *Personarum nomina usque ad v. 986 om.* ***CDa*** Cuianam *libri* nicobole ***FZ*** CHR. Euge addidi: *lacunam signaverat Hermannus* 980. Quid quod ***BFZ***. Quidquid ***CD*** ecquid ***BFZ***. hecqd ***D***. hec qd ***C*** egiſti] cogiſtin ***Z*** hem ***B***. *om. libri* gradior ***CDFZ***. congredior ***B***, *servatum a Bentleio in Phorm. V, 6, 12*

981. Optimuſ ***FZ*** hominem ad lacrumaſ coegi castigando ***B***. ad lacrumaſ coegi hominem caſtigando *libri, nisi quod* lucrumaſ ***CDa***, lachrymaſ ***Z***. hominem ad lacrumas castigando adegi *Hermannus*

Núllum fecit: lácrumans tacitus aúscultabat, quae égo loquebar:
Tácitus conscripsít tabellas: óbsignatas hás dedit mi:
Tíbi me iussit dáre. set metuo, né idem cantent quód priores.
Nósce signum: estne éius?

NICOBVLVS.

Noui. lúbet perlegere has.

CHRYSALVS.

Pérlege.
Nunc súperum limen scinditur, nunc próper adest exitium 'Ilio.
Turbát equos lepide lígneus.

NICOBVLVS.

Chrysále, ades, dum ego has pérlego.

CHRYSALVS.

Quíd me tibi adesse ópus est, quaeso?

NICOBVLVS.

'Vt scias quae scrípta sint hic.

CHRYSALVS.

Níl moror, neque scíre uolo ego.

---

982. equidem ***F*** 983. lachrymanſ ***Z*** antcultabat ***Da*** 984. obſignataſ] *ante* i *rasuram* ***B*** has dedit mi *praeeunte Acidalio* ***R*** *coll. Prol. Trin. p.* CCXCI. mihi has dedit: dein *Hermannus. Transpositione* has dedit mihi obsignatas *Bothius usus* 986. libet *libri. de prosodia vide Prol. Trin. p.* CXLIX. perlegerebaſ ***C*** 987. *Hunc versum om.* ***Ba***, *in marg. addidit* ***Bb***, *ubi nunc abscissum* ilio Hunc ***Z*** ſcindit̃•ñc *cum rasura* ***B***, *et ut* it *e corr. esse videatur* prope *Acidalius. om. libri* exicium ***BC*** 988. equoſ ***B***. equuſ *reliqui* lepide] lapideſ ***Z*** pellego ***Z*** 989—996. *Sic eiectis quae perperam iterata erant, restitui quorum in* ***B*** *perturbatissima species haec est:*

NICOBVLVS.

Támen ades.

CHRYSALVS.

Quid ópus est?

NICOBVLVS.

Taceas.

CHRYSALVS.

Nólo, inquam.

NICOBVLVS.

At uolo, ínquam.

CHRYSALVS.

Quid opust?

NICOBVLVS.

'At enim id, quod te iúbeo, facias.

---

CH. Quid me tibi adeſſe opuſ eſt? NI. uolo ut quod iubebo faciaſ. Vt ſciaſ quae hic ſc^r^ipta ſient.

CH. Nihil moror neque ſcire uolo. NI. tamen adeſ. CH. quid opuſt? NI. taceaſ.

Quod iubeo id faciaſ. CH. adero. NI. euge litteraſ minutaſ. CH. qui quidem uideat parum.

Verum qui ſatiſ uideat grandeſ ſatiſ ſunt. NI. animum aduortito igitur.

CH. Nolo inquam. NI. at uolo inquam. CH. quid opuſt? NI. at enim quod te iubeo faciaſ.

CH. Iuſtum ſt tuuſ tibi ſeruuſ tuo arbitratu ſeruiat.

NI. Hoc age ſiſ nunc iam. CH. ubi lubet recita. aurium operam tibi dico.

NI. Cerȩ quidem haud parſit neque ſtilo. ſed quicquid eſt pellegere certum ſt.

*A quo exemplo in quibus rebus (praeter neglectam versuum distinctionem) reliqui libri discrepent, statim subieci:* 1. iubeo ***CDFZ*** 2. ſcripta ***CDFZ*** 3. opuſ eſt ***FZ*** taciaſ ***Da*** 4. euge] eu ***CD***. heu ***FZ*** 5. aduorte ***FZ*** 6. aduolo ***Z*** opuſ eſt ***FZ*** te *om.* ***FZ*** 7. iuſtum eſt ***CDFZ*** tuo] tunc ***C*** ſeruiad ***Da*** 8. iam nunc ***CDFZ*** dico] dabo ***FZ*** 9. caerȩ ***Z*** equidem ***F*** pellere ***Da***. perlegere ***Z*** certum eſt ***CDFZ*** 989. Quid me tibi opus ést adesse *Hermannus* *Ab eodem sumpsi* scripta sint hic, *v. 993* Cerae haud

CHRYSALVS.

'Adero. iustumst: tŭus tibi seruos tuo árbitratu séruiat.

NICOBVLVS.

Vah,

Cérae haut parsit néque stilo. set quícquid est, pellégere certumst.

Hoc áge sis nunc iam.

CHRYSALVS.

'Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico

NICOBVLVS.

Eúge litterás minutas.

CHRYSALVS.

Quí quidem uideát parum oculis:

Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt.

NICOBVLVS.

Animum aduórtito igitur.

'Patér, ducentos Phílippos quaéso Chrýsalo

Da, si ésse saluom uís me aut uitalém tibi.'

CHRYSALVS.

Malúm quidem hercle mágnum: tibi dicó.

---

*(quod praeiit Guyetus)*, *v. 995* oculis, *quod ille sic collocavit:* parum óculis uideat. *Versum 992 octonarium e septenario effeci addito* Vah: *hac transpositione* séruiat tuo árbitratu *Hermannus. Versum 994, ut bonum per se octonarium iambicum, interim servavi: vix tamen dubitans quin ad trochaicos numeros rectius revocarit Hermannus:* Hóc age sic nunc. CH. úbi lubebit, récita: tibi dico aúrium operam    997. *Novam hinc scenam* ***CD*** *ordiuntur, vacuo spatio praemisso* ***CDa****, cum hac inscriptione* NICOBOLVS CHRISALVS ***Db***. EPĪA (*h. e.* EPISTOLA) *in singulari versu praemittit* ***B***. *Eandem idem notam singulis epistulae partibus praefigit*    NIC. ater ***C***. NIC. O pater ***D***. O pater ***FZ***    philipp•oſ *c. ras.* ***B***    queſo ***BCDF***    998. ſaluum *libri*    me uiſ ***F*** *ante* aut *lacunam e rasura* ***B***    999. CHR. ***FZ***. *om.* ***BCD***    Molum ***D***    magnum tibi dico. NI. quid eſt ***FZ***. magnum. CH. tibi dico. NI. quid eſt ***CD***. magnum    tibi dico. CRI. quid eſt ***B***

NICOBVLVS.

Quid est?

CHRYSALVS.

Non príus salutem scrípsit?

NICOBVLVS.

Nusquam séntio.

CHRYSALVS.

Inde á principio iam ínpudens epístulast
Non dábis, si sapies; uérum si das máxume,
Ne ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat síc suspectus súm, quom careo nóxia.

NICOBVLVS.

Auscúlta porro, dum hóc quod scriptumst pérlego.
'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haú derides: nám ducentis aúreis
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.

CHRYSALVS.

Nihil ést illorum, quín ego ílli díxerim.

---

1000. CHR. *om.* ***B*** NIC. *om.* ***Da*** 1001. *huc transposuit Acidalius, qui in libris sequitur post v. 1006* inpudenſ, *non* imp., ***B***, *in quo post eam vocem lacuna est e rasura orta* epiſtula eſt ***F***. epiſtola eſt *reliqui* 1002. No[n]dabiſ ***D*** ſapiſ ***Ca***. ſapeſ ***Cb*** maxime ***B*** 1003. gerurulum ***C*** querat ***BCDF*** 1004. non *sup. scr.* ***B*** *ead. m.* maxime ***B*** 1005. cum *libri* 1006. ſcriptum ſt ***B***. ſcriptum eſt *reliqui* pellego ***F*** 1007. NI. *praemittunt* ***CDFZ***, EPĨA. ***B*** conſpectu ***B*** 1008. flagicium ***C*** ſciu[re]i audire[ui]i ***D*** *m. ant.* ſciuire audiuire ***C*** 1009. multiſ ***C*** 1010. NIC. *praemittit* ***B*** haud *libri* 1012. N[hi]il ***C*** illi *om.* ***Da***, *sup. scr.* ***Db***

NICOBVLVS.

‘Stulté fecisse fáteor. set quaesó, pater,
Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui:
Persuásumst facere, quŏius me nunc factí pudet.’
Prius cáuisse ergo quám pudere aequóm fuit.

CHRYSALVS.

Eadem ístaec uerba dúdum dixi illi ómnia.

NICOBVLVS.

‘Quaeso, út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
Med ŏbiurgauit plúrumis uerbís malis,
Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
Vt ĕi te habere grátiam aequom sít bonam.’

CHRYSALVS.

Estne ístuc istic scríptum?

NICOBVLVS.

En specta, túm scies.

CHRYSALVS.

Vt, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus.

---

1013. Ni.] epĩa. **B** feti**ſ** **ſ**e **Da** que**ſ**o **BCDF** 1014. **ſ**tultia **C**. **ſ**tulti•cia *c. ras.* **Da** *ante* **ſ**i *aliquid erasum in* **B** 1016. Per**ſ**ua**ſ**um **ſ**t **B**. per**ſ**ua**ſ**um e**ſ**t *reliqui* quoiu**ſ** **B**. cuiu**ſ** *reliqui.* qui *nescio quo sensu Scaliger* nunc me **Z** facti *om.* **C** 1017. Nic. *praemittit* **B**, Chr. **Db** cauisse *Acidalius.* te caui**ſſ**e *libri* equm **B**. aequum **CZ**. equum **F** 1018. dixi illi *Hermannus.* illi dixi *libri* 1019. Ni.] epĩa. **B** Que**ſ**o **BCDF** 1020. Med *Bothius.* Me *libri* plurumi**ſ** **C**. plurimi**ſ** *reliqui* 1021. precepti**ſ** **BF** 1022. ĕi te **R**. te ei *libri* equum **BF**. aequum *reliqui* 1023. E**ſ**ue (t) **B** *ead. m.* en **R**. em **B**. hem *reliqui* **ſ**pectatum **B**. **ſ**pectadum *Gruterus* 1024. quid **Z** deliquid **Da** **ſ**ubplex **D**

NICOBVLVS.

'Nunc sí me fas est órare etiam abs té, pater,
Da míhi ducentos númmos Philippos, te óbsecro.'

CHRYSALVS.

Ne unúm quidem hercle, sí sapis.

NICOBVLVS.

Sine pérlegam:
'Ego iúsiurandum uérbis conceptís dedi,
Datúrum id me hodie múlieri ante uésperum,
Prius quam á me abiret. núnc, pater, ne péierem,
Cura, átque abduce me hínc ab hac quantúm potest,
Quam própter tantum dámni feci et flágiti.
Caue tíbi ducenti númmi diuidiaé fuant:
Sescénta tanta réddam, si uiuó, tibi.
Vale átque haec cura.' quíd nunc censes, Chrýsale?

CHRYSALVS.

Nihil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo,
Neque ego haút committam ut, sí quid peccatúm siet,

---

1025. NIC.] EPĨA ***B*** orare etiam abs te ***B***. obſecrare abſ te *libri, quod e proximo versu ortum.* obsecrare te *Acidalius* 1026. numboſ ***B*** 1028. EPĨA *praemittit* ***B*** 1029. odie ***Da***

1030. pater ne peierem *Camerarius.* pater ne periurem ***BDFZ***. ne periurem ***C***. ne periurem pater *Pylades. Mentitur Scioppius Susp. lect. V, 15* 1031. adduce ***C***. abduc ***FZ*** poteſt ***Ba***. poteſ ***Bb*** *cum reliquis* 1032. qua propter ***Z*** dãpni ***CD*** flagicii ***C***. flagitii *reliqui* 1033. diuidiae *Camerarius.* diuitiae ***BZ***. diniciae ***C***. diuitie ***DF*** 1034. ſexcenta ***DcFZ*** tantum ***Z***. tanta *etiam Pytadis codd.* *inter* tibi *et* uale *rasuram* ***D*** 1035. hec ***CF*** NIC. quid ***B*** cenſeſ] n *e corr.* ***B***. ceſſeſ ***D*** chryſa[l]e ***C*** 1036. Ni[hi]l ***C*** hodie conſilii ***BCDF***. conſilii hodie ***Z*** 1037. Neque ego haud *libri: quod e vide Mus. phil. nov. IV, p. 582* quid *c. ras.* ***D*** *(fortasse fuit*

Fecísse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, égo si in istoc sím loco,
Dem pótius aurum, quám illum corrumpí sinam.
Duae cónditiones súnt: utram accipiás, uide:
Vel ut aúrum perdas uél ut amator péieret.
Ego néque te iubeo néque ueto neque suádeo.

NICOBVLVS.

Miserét me íllius.

CHRYSALVS.

Túus est, non mirúm facis.
Si plús perdundum sít, perisse sátius est,
Quam illút flagitium uólgo dispaléscere.

NICOBVLVS.

Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret,
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quin égo, istic quod perdúndumst, properem pérdere?

---

quit) fiet ***DFZ*** 1038. dicaſ *cum rasura* ***D*** de mea ***Z***. de me mea ***BDF***. dē mea mē ***C***. de meamet ***B*** *olim* 1039. Nɪc. *praefigit* ***B*** ego si *Hermannus*. ſi ego *libri* ſim ***BCDF***. ſum ***Z*** 1041. due ***CDF*** utram *Guyetus*. utram tu *libri*. tu utram *Acidalius* 1042. perdã ***Bb*** peieret *Camerarius*. periuret *libri* 1043. Cʀɪ. *praemittit* ***B*** nec te ***F*** 1044. faciāſ ***B*** 1045. periſſe ***Z***. periiſſe *reliqui* satius est *Scaliger, Dousa*. ſuauiuſt ***B***. ſuauiuſ eſt *reliqui* 1046. illum ***B***. illud *reliqui* uulgo solus ***F*** 1047 *et* 1048 *tantum in margine* ***Bb*** *habet* ephi ***Z*** molto ***D*** 1048. ſaluuſ *libri* *Sequitur in* ***C*** *bibliopegi vitio huc traiecta membrana exitum fabulae complectens a versus 1063 verbis* Audeſ qui non 1049. Quin ego, istic quod perdundumst, properem perdere? ***R***. Quid ego iſtie quod perdundum eſt properem perdere? ***BDFZ***, *nisi quod* perdundu ſt ***B***. Quid ergo iſtie quod perdundum eſt propere perdere ***C***. Quin ergo iſtic *in 'antiquis exemplaribus' esse Pius testatur.* Quid ego istuc? quod p. e. properem perdere *Acidalius*, Quid ego istic? q. .p e. properem perdere *Bothius*: *uterque sine interrogatione.*

Bínós ducentos Phílippos iam intus écferam:
Et míliti quos dúdum promisí miser,
Et ístos. mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Sciui égo iamdudum fóre me exitium Pérgamo.
Edepól qui me esse dícat cruciatú malo
Dignúm, ne cum illo pígnus haut ausím dare:
Tantás turbellas fácio. set crepuít foris:
Ecfértur praeda ex Tróia. taceam núnc iam.

NICOBVLVS.

Cape hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
Ego ád forum autem hinc íbo, ut soluam míliti.

CHRYSALVS.

Non équidem accipiam: prȍin tu quaeras quí ferat.
Noló mihi credi.

NICOBVLVS.

Cápe uero: odiosé facis.

---

Quin ego istuc, quod p. e., properem perdere? *Bothius olim.* propero (*e* quin *pendens*) *pro* properem *Gruterus. Vide Acidalium etiam alia comminiscentem* 1050. philippoſ ducentoſ (with » » above) **B** ecferam **BaCDa**. efferam **BbDcFZ** promiſimuſ eret iſtoſ **C** 1053. CHR. fit (Fecit above) **Dc** 1054. exicium **B**. *A Plauto nescio an* exitio *scriptum sit ut v. 947* 1056. digno (v above) **D** cum *Hermannus.* ego cum *libri. Cf. Philologi II, p. 72. III, p. 465* haud *libri* auſim] ſim *e corr.* **B** 1057. turbellaſ *omnes* 1058. Ecfertur **BaCDa**. Effertur **BbDcFZ** preda **BF** 1059. cap^e hoc tibi **D**. Cape cape hoc *Scaliger* i] id eſt (imp. above) **F**. ·i· **D**: *vide ad v. 901* 1060. militi *Lambino duce Bothius.* militem *libri* Ego aútem hinc ibo ad fórum, ut absoluam militem *Scaliger* 1061. queraſ **BCDF** 1062. Nolo mihi **Ba**, *Hermannus.* Nolo ego mihi **Bb** *cum reliquis* odioſe faciſ care uero *Chari-*

CHRYSALVS.

Non équidem capiam.

NICOBVLVS.

At quaéso.

CHRYSALVS.

Dico ut rés se habet.

NICOBVLVS.

Moráre.

CHRYSALVS.

Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
Vel da áliquem qui me séruet.

NICOBVLVS.

Odiosé facis.

CHRYSALVS.

Cedo, sí necessest.

NICOBVLVS.

Cúra hoc. iam huc reuénero.

CHRYSALVS.

Curátumst esse té senem misérrumum.
Hoc ést incepta efficere pulcre: uél mihi
Euénit, ut ouans praéda onustus céderem.

---

*sius p. 187* 1063. queſo **BCDF** 1064. morare? **C** credi **F** 1065. Vel da aliquem qui me ſeruet **B**. *om.* **CDFZ** odiose *Guyetus.* ohe odioſe *libri. Vide Prol. Trin. p.* CCXIX. CCXII. 1066. neceſſe ſit (est) **C**. neceſſe eſt *reliqui* ho **C** iam huc *Hermannus, ut Mil. glor. 863.* iam ego huc **BCDF**. iam ego **Z** 1067. Curatum eſt (ſecum) **BCFZ**. Coratum eſt **D** miſerumum **B**. miſerrimum **FZ** 1068. pulchre: uel *Bothius.* pulchre (pulcre **B**) ueluti *libri.* pulchre, uti nunc *Guyetus.* ueluti nunc, *deleto* pulchre, *Hermannus* 1069. preda **BF** honuſtuſ **Ba** cederem *Scaliger, Bentleius in Hor. Epist. II, 1, 67.* incederem *libri. cf. Goellerum in Trin. p. 131, Kampmannum de reb. mil. p. 41*

Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum
Domúm reduco iam íntegrum omnem exércitum.
Set, spéctatores, uós nunc ne mirémini
Quod nón triumpho: péruolgatumst, níl moror.
Verúm tamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam.

---

1071. educo ***FZ*** iam integrum ***B***. integrum *libri*. ego integrum *Hermannus* 1072—1075: *vide Parerg. I, p. 423 sqq.*
1073. peruulgatum eſt *libri* nil *solus* ***F*** 1075. predam ***BF*** iam ***B***. *om. reliqui* queſtorem ***BCDF*** defferam ***Z***

# ACTVS VI.

## P H I L O X E N V S.

Quam mágis in pectore mĕo foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecípitem ille inscitú' capessat,
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa ómnia: set moré modesto.
Duxi, hábui scortum, pótaui, edí, donaui: at enim íd raro.
Neque plácitant mores, quíbus uideo uolgó gnatis essé parentis.

---

*Act. IV. Scen. 10.* PHILOXENVS SENEX ***B***. *om.* ***CD***. Nicoboluſ ***FZ***. *Primo versui* NICOB. *psaemillunt* ***CD*** *Anupaesticis acatalectis et catalecticis alternantibus olim descripserat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 415 sq., continuis octonariis rectius idem nuper. Vide eius praef. p. v.* 1077. amoreſ ***Z*** precipitem (*vel* p̃cipitẽ) ***BCDF*** ille *addidit Hermannus* inscitu' *scripsi ut commodius numerorum ratio perspiceretur.* inſcituſ ***BCDF***. inſcitiſ ***Z*** capeſcat ***C*** 1078. curae eſt *libri* adſormido ***BFZ***. afformido ***CD*** peread ***Da*** 1079. ego fui ***B*** illa *om.* ***C*** 1080. 1081 *sic collocarunt Scaliger, Acidalius, Pareus: inverso ordine libri* 1080. Dixi ***C*** edi *Mercerus apud Gulielmum Misc. qu. c. 3.* dedi ***BDFZ***. dedi•• ***C*** *cum rasura, ante quam* et *scriptum fuit* at enim *Pareus.* et enim *libri.* sed enim *Dousa, Acidalius* 1081. quis *Guyetus* uolgo ***CDZ***. uulgo ***BF*** gnatiſ ***Z***. gnatoſ

Ego dáre me ludum mĕo gnato institui, animo suo ut óbsequium
Sumére possit: aequom ésse puto: set ením nimis nolo désidiae
Et [néquitiae illum operám] dare. nunc ad Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum mi ad uírtutem aut ad frúgem opera sua cómpulerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

---

*reliqui* parenteſ *libri* 1082—1086 *sic disposui, quorum in* ***B*** *haec descriptio satis ut apparet perturbata:*

Ego dare me ludum meo guato iustitui ut auimo obſequium ſumere poſſit.
Equum eſſe puto. sed nimiſ nolo deſidiae ei dare ludum.
Nunc mueſilochum quod mandaui uiſo ecquid eum ad uirtutem
Aut ad frugem opera ſua compulerit.
Sicut eum ſi conuenit ſcio feciſſe. eoſt ingenio natuſ.

